CELEBRIORUM DISTINCTIONUM PHILOSOPHICARUM SYNOPSIS.

AUTHORE

HENR. LUDOV. CASTANÆO.

Accedunt &,

GEORGII REEB, Soc. Jesu,

DISTINCTIONES PHILOSOPHICÆ.

Editio nova ex prioribus emendatissima.

OXONIÆ,

Excudebat HEN. HALL, Impensis JOS: GODWIN & EDW. FORREST. M. DC. LVII.

LECTORI.

MUltiplici terminorum varietate & acceptione, qua Philosophiæ, Scholasticæque Theologiæ studio infundantes retardare solet, obrutus aut saltem acriter vexatus, horum pene omnes difficiliores ex probatissimis quibusque authoribus, quorum eruditionis major nota vetustate præfulget, ordine alphabetico memoriæ causa congessi. Cum verò primævis harum scientiarum cultoribus tanquam fundamentis, quæ in ampliora velut spatia à recentioribus exporrecta, ornatum quidem & elegantiam majorem, nec utiquam pondus & firmitatem consecuta sunt, incumberem & insisterem, nullos quamvis parum Latinos, imo & barbaros, aut minus apte traditos, rejeci, refugive: Non enim respuenda erat duritiæ verborum, è qua velut è silice interpretationis accessu, ignes puriores eliciās & excudas: Sicut enim præ dura ossa medullas, rigidi silices scintillas, quæ attritu minimo, seu minaria vi, quasi in fœtus igneos erūpente, extunduntur, in se fovent & cohibent: sic barbaries hæc primigeniæ philosophiæ succulentum habet corticem, & verborum moduli rigescens brevioribus, tantillum nisu mentis tenuata spargit

fœlicissimo proventu rerum succos & sensuum segetem uberiorem. Quam ego inire rationem, ne munere meo ex lege instituti mei aberratione gratuita non defungerer, adigebar: quippe qui non tam tetrici censoris & castigatoris, quam satis accurati corrogatoris, subinde tamen, concinnatoris partes assumpserim. Hinc implicavi me involvique de industria sententiarum varietate, & plerumq; ex adverso pugnantibus authoribus, utrimq; stare & velut decertare oportuit: Quamobrem contraria hic, (ubi dilucida tantum quorumlibet terminorũ, qui per universam Philosophiæ Theologiæq; ditionem funduntur, notitia, non cujuslibet rei veritas & discussio spectatur) absq; vitio & nota vel oblivionis, vel ignorationis legi possunt. Imparem enim esse me tanto oneri, totq; sententiis quæ occurrebant & suboriebantur inter legendum conciliandis sat sciebam: par esse non debebam: quia non ab instituto descisce re: quo limite angustiori, tenuitatis nimirum meæ & propositi quibus volui conformatum opus hoc, concludebar. Adde quod in immensum liber iste excrevisset, cum ea ratione omnes fere Philosophiæ & Theologiæ questiones agitandæ essent, & ad amussim examinandæ, quod majoris operæ opus est. Tantum verò inde lucis

studiis

ſtudiis olim affulſit meis, ut rudibus & novitiis non ingratum fore putârim ſi publico ederetur commodo quod privato collectum eſt. Etſi enim quidam Lexica & Directoria, ut loquuntur, Theologica conſcripſerint quæ mole laborant ſua, nullus tamen hactenus (quem viderim) tot reconditas diſtinctiones brevius ob oculos poſuit, aut per tabulas digeſſit, aut per ordinem arctiorem compegit: quo non plane irrito conatu aliquis, ut ſpero, excitatus, ultimam huic operi & ſedulam manum admovere non gravabitur. Vale Lector & fruere, operámq; noſtram etſi levem boni conſule, cujus edendæ præpoſtero debetur conſilio, ſi alicui forte parum trito aut exoleto termino authoris nomen deſideras; meos etenim tantum in uſus cum hæc ab initio ſcriberem, verba rerum potius innatarium quam elegantiæ & nitoris, res ratiocinum potius quam authorum pondere penſabam, & expendebam. Utrumque tacito, ut nunc liquet, tui majoris commodi augurio, quod carpes Lector ſi ſedulus ex & accubuus, non mi ſi benevolus & amans tui mei.

CATALOGUS AUTHORUM,

quibus in hoc opere conscribendo præcipue usi sumus.

Claruit	Anno	
	1240	Alexander de Ales, Anglus, ord. Min. Doctor Irrefragibilis.
		Antonius Andreas, Arragonius, ord. Minor. Scoti discipulus.
	1510	Antonius Trombeta, Patavinus, ord. Minor. Aristoteles.
	1296	Armandus de Bellovisu, Bononiensis, ordin. Prædicatorum.
	1149	Averroes, Cordubensis.
	1280	S. Bonaventura Fidanza Cardinalis, ord. Min. Doctor Seraphicus.
		Conimbricenses.
	1590	Constantius Buccafocus, Sarnanus Cardinalis, ord. minor.
	1470	Dominicus de Flandria, ord. Prædicatorum.
	1313.	Durandus de Sancto Portiano, ord. Prædicat. Episcopus Meldensis.
	1310	Egidius Romanus Cardinalis, ord. S. Augustini, Doctor Fundatissimus.
	1519	Franciscus Lychetus, Brixiensis, ord. Min.
	1320	Franciscus Mayronis, Gallus ord. Min. Scoti discipulus, Doctor illuminatus.
	1600	Franciscus Suarez, Granatensis, Societ. Jesu.
	1590	Franciscus Toletus, Cordubensis, Cardinalis Societatis Jesu.

1490 Gabriel Biel, Germanus, præpositus in Schonbach.
1359 Gregorius de Arimino, ord. S. Aug.
1330. Gualterus Burlæus, Anglus, Scoti auditor.
1270 Guilielmus Ockam, Anglus, ord. Min. Scoti cipulus.
1233 Guilielmus de Rubione, Arragonius, ord. Min.
1290 Henricus Goethals de Gandavo, Archidiaconus Tornacensis, Doctor Solemnis.
1320 Horvæus Natalis, Bruo, ord. Præd.
1514 Jacobus Almain, Senonensis.
1350 Joannes de Baccone, Anglus, Carmelita, Doctor Resolutus.
Joannes Baptista Gratia Dei, Asculanus, ord. Præd.
Joannes de Bassolis, ord. Minorum, Scoti auditor.
Joannes Buridanus, Belga.
1320 Joannes Canonicus, vel Marbres, ord. Min. Scoti auditor.
1424 Joannes Capreolus, Tolosanus, ordin. Præd.
1306 Joannes Duns Scotus, ord. Min. Doctor Subtilis.
Joannes de Janduno, Gandavensis, Scoti auditor.
1600 Joannes de Rada, Hispanus, ord. Min.
1490 Matthias Aquarius, Neapolitanus, ord. Præd.
1394 Marsilius de Ingen, Anglus.
1455 Nicolaus de Orbellis, Andegavensis, ord. Min.
1490 Paulus Barbus Soncinas, Insuber, ord. Præd.
1420 Paulus Venetus, ord. S. Aug.
1317 Petrus Aureoli Verberius, Cardinalis, ord. Minorum.

1590 Petrus Fonseca, Lusitanus, Societatis Jesu.
1509 Petrus Tartaretus, Parisiensis.
1290 Richardus de Mediavilla, Anglus, ord. Min.
1349 Robertus Holkot, Anglus, ord. Præd.
1140 Rupertus Episcopus Lincolniensis, Anglus, ord. Min.
1570 Simon Fontanus, Senonensis, ord. Min.
1490 Stephanus Brulefer, Maclovienſis, ord. Min.
1270 S. Thomas Aquinas, ord. Præd. Doctor Angelicus.
1350 Thomas de Argentina, ord. S. Augustin.
1530 Thomas de vio Cajetanus, Cardinalis, ord. Prædicatorum.

FINIS.

DISTNCTIONES PHILOSOPHICÆ.

A

ABSOLUTUM à *Termino*, id est, non habens *Terminum*, distinguitur contra *Relativum*, ut sunt omnia, quæ non sunt in prædicamento relationis.

Causa, id est, non habens *Causam*, distinguitur contra *Dependens*, & sic Deus est absolutus.

Subjecto, id est non habens *Subjectum*, distinguitur contra *Contractum*, seu restrictum ad subjectum, ut substantia. *Ex Sarnano.*

ABSTRACTIO

Realis, cum unum ab alio reipsa separatur, ut anima à corpore: utrumque autem eorum, quæ separantur, debent separatim existere, ut sit propria abstractio.

Rationis, seu *Intentionalis*, seu *Intellectualis*, seu *Spiritualis est*, qua aliquid per intellectum separatur ab alio, cui nihilominus in re conjunctum est.

Negativa, *ut loquuntur Conimbricenses*, seu *Divisiva* (quam quidem improprie *compositam* vocant, quia omnis enunciatio est composita, cum sit secunda intellectus operatio) qua in enunciatione unum negatur de alio sive vere, sive falso.

Præcisiva, seu *Simplex*, seu *Simplicitatis*, seu *Definitiva*, quia fit per simplicem apprehensionem unius, non cogitando de alio eidem realiter conjuncto.

Physica, est à materia sensibili singulari tan-

tantum: quia corpus naturale in genere considerat Physicus, non singularia.

Mathematica, est à materia sensibili singulari & communi, non re, sed ratione: quia Mathematicus quantitatem considerat, non explicando materiam cui inest.

Metaphysica, est ab omni materia, re, & ratione: competitque Deo & intelligentiis, & enti ut ens est.

Habitualis, sit per species impressas & habitualiter inhærentes.

Actualis, sit per ipsum actum intellectus exercitum.

Cognitiva, seu *Intellectus possibilis* est, qua intellectus potest intelligere unum, non intelligendo aliud; & sic ante illustrationem intellectus agentis, possibilis intelligit singulare cognitum objective in imaginatione, non intelligendo universale.

Factiva, seu *Intellectus agentis* sic sit. Postquam species intentionalis traducta est ex ordine sensibili ad ordinem intelligibilem, intellectus agens abstrahendo intentionem universalis à phantasmate, facit ipsum intelligibile in actu, & sic intellectus agens abstrahit universale, & passibilis intelligit ipsum. Ideoque, quia instar artis illam veluti formam ante factam è phantasmate præjacente educit, Factivæ nomen sortita est. *Hæc Baconus ex Averroë.*

Universalis, ab inferiori seu *Non Identitatis*, seu, ut vult Ocham, *Non convenientiæ*, qua gradus

gradus superior ab inferiori, cum quo non convenit, nec idem est conceptu, mente abstrahitur.

A *Fundamento*, ut à potentia generandi quæ est fundamentum paternitatis, abstrahitur paternitas.

A *Subjecto*, ut cum accidentia cognoscimus absque consideratione subjecti.

Ab *Æquali*, quæ à quibusdam *Formalis* appellatur, ut cum albedo abstrahitur à dulcedine in pomo, & ratio boni à ratione veri.

Ultimata, est cum non supereſt abstrahendi locus, sed pure exprimitur rei natura, ut albedineitas.

Non ultimata, est quando supereſt, quod iterum abstrahas, ut cum dicitur albedo, abstractio facta est à solo subjecto, & restat alia abstractio ab inferioribus, id est, ab hac vel illa albedine.

Prædicationis, seu *attributi*, vel *Prædicati*, est cum aliquid per modum quidem essendi connaturalem admittit unum tantum prædicatum, & non aliud, si illud quod admittit sit concretum, non admittit illius abstractum: qua abstractione divina essentia privata est; dicere enim possumus, divina essentia est bona, & divina essentia est bonitas. *Ex Ockamo.*

ABSTRACTUM

à *Subjecto tantum*, & non ab inferioribus, ut color.

Inferioribus tantum, & non à subjecto, ut humanitas.

Inferioribus & subjecto, ut coloreitas.

Per

Per
Exiſtentiam, ut Deus & intelligentiæ.
Indifferentiam. ut Ens, unum, verum, bonum, & aliæ paſſiones entis, quæ indifferenter reperiuntur, in ſuperioribus & inferioribus.

ACCIDENS
Sumitur pro eo quod
Non eſt de ratione alterius: & ſic Accidens opponitur eſſentiæ. Sic lapis poteſt dici accidens hominis, quamvis ſit in categoria ſubſtantiæ: quia eſt extra eſſentiã hominis.
Non per ſe exiſtit, ſed inhæret in alio; & ſic opponitur ſubſtantiæ, & dividitur in novem prædicamenta poſteriora.
Evenit præter intentionem agentis, ut inter fodiendum invenire theſaurum eſt accidens, & ſic dicitur Fortuna & Caſus.
Poſitum in prædicato facit propoſitionem per accidens.

Eſt vel *Reale*, ſeu *Phyſicum*, ſeu *Prædicamentale*, quod eſt forma aliqua inhærens: multiplex eſt, videlicet.
Completum, quod in ratione formæ accidentalis eſt integra ac totalis forma, ut color, albedo.
Incompletum, quod habet rationem partis, reſpectu completi: ut differentiæ accidentium, qualem faciunt diſgregativum, viſus reſpectu albedinis. *Hæc Suarez*.
Permanens, ut color.
Succeſſivum, ut motus.
Proprium.
Commune.
Separabile, ut color à pariete.

Inſe-

Inſeparabile, ut nigredo à corvo.

Modificatum, quod dicitur modus, & non poteſt etiam virtute divinâ conſervari ſine ſubjecto, quia ejus eſſentia, & natura in hoc ſita eſt, ut ſubjectum actu afficiat; ſic figura non poteſt eſſe ſine figurato, neque unio ſine partibus conjunctis, ut quantitas, color, &c.

Abſolutum, habet eſſe perfectum, in ſua ſpecie. Hoc autem à Deo conſervari poteſt ſine ſubjecto, ut in Euchariſtia; quia realiter diſtinguitur, diſtinctione perfecta. Cauſa enim materialis ſubjectiva, non eſt de eſſentia ſubjectati accidentis.

Simplex quod non habet ſubjectum determinatum, quod in eius definitione ponatur; ſicut curvum.

Copulatum, quod habet ſubiectum determinatum, ſine quo definiri non poteſt: ut ſimitas.

Ultimæ actualitatis, quod ſubiectum ad ulteriorem formam non ordinat, ut color.

Diſpoſitivum, quod ſubiectum diſponit ad ulteriorem formam: ut ſuperficies reſpectu albedinis.

Formale, ſeu *in abſtracto*, quod ſignificat, tantum ipſam formam accidentis; ut color tantum coloreitatem.

Connotativum, ſeu *in concreto*, quod ſignificat formam accidentalem formaliter, & connotat ſubiectum; ut album, coloratum.

Rationis, ut ſunt ſecundæ intentiones.

Negativum, ut non homo: *Ex Conimbricenſibus.*

Intentionale, ut ſunt ſpecies intelligibiles & ſenſibiles in anima.

Cor-

Corrumpitur per

- *Alterationem*, contrarium à suo contrario, ut frigus à calido.
- *Absentiam* conservativi agentis, ut lumen in aëre desinit, recedente sole.
- *Corruptionem*,
  - *Subjecti*, ut risibilitas corrumpitur, homine mortuo.
  - *Termini*, ut similitudo desinit, perempto simili.

Dependet à subjecto, per modum.

- *Informantis*, qui modus dicit imperfectionem in subjecto. quatenus subjectum se habet, ut perfectibile & potentiale, respectu accidentis.
- *Posterioris* naturaliter, ad prius naturaliter; ut sustentificati ad sustentificans: & hic modus dicit perfectionem in supposito, naturam accidentis sustentante.

Consideratur, vel quoad

Naturam, & quidditatem ejus.

Peculiarem modum, quo determinat ens, & veluti quadam differentia distinguitur à subsistentia.

Existentiam actualem in rerum natura, sive hæc sit modus naturæ additus, sive nihil aliud, quam actualitas accidentis extra suas causas constituti.

Unionem cum subjecto, quæ dicitur inhærentia actualis, & creditur esse modus, ex natura rei, ab accidentis natura distinctus; quando accidens realiter differt à subjecto, ubi enim est realis identitas, ejusmodi unio non est necessaria. *Hæc Cajetanus.*

ACTIO

ACTIO

Immanens, quæ manet in eodem supposito, & in eadem potentia à qua elicitur, ut eligere, velle.

Vitalis, quæ procedit immediate ab aliqua potentia animæ, seu rei viventis.

Non vitalis, quæ à quovis alio principio nascitur.

Transiens, est quæ non recipitur in potentia, à qua producitur, sive transeat in diversū supposituū, ut illuminatio dimanans à sole in aërē; sive indistinctam potentiā, aut partē ejusdē suppositi, ut calefactio, qua manus manum calefacit.

Permanens, ut conservatio.

Successiva, ut motus.

Instantanea, ut illuminatio, generatio.

Respectiva, est in agente, & est quidem respectu agentis ad passum, ut transmutantis ad transmutatum.

Acta, est ipse motus, vel forma quæ terminat motum, & producitur per motum: Et hæc est in passo, sicut motus in mobili.

ACTUS

Purus, seu *independens*, seu *necessarius*, seu *à se*, seu *per se subsistens*, ut Deus.

Potentiæ admixtus, seu *dependens*, seu *ab alio*, seu *ad aliud*, ut sunt creaturæ.

Absolutus, qui cum secundum se sit aliquid actuale absolutum nihil aliud actuat: duplex est.

Simpliciter, ille videlicet cujus essentia neq; ab ullo alio actu physico actuatur, neque ullo indiget ad existendum: sic solus Deus est actus simpliciter absolutus.

Secun-

Secundum quid, qui non quidem actuatur actu ullo physico, seu formali, indiget tamen actualitate aliqua, tanquam essentiæ complemento ad per se existendum, quam actualitatem substantia & existentia essentiis rerum ministrant.

Relativus, seu *respectivus*, seu *actuans*, est qui aliquid aliud actuat, et ideo dicitur respectivus, quia dicit ordinem ad aliquid aliud, unde appellatur actus ad aliud, estque duplex.

Metaphysicus, ut *actus*,

Essentiæ, qui est ipsa essentia.

Existentiæ, qui est ipsamet existentia.

Subsistentiæ, seu *ultimæ actualitatis*, qui dicitur *Actus hypostaticus*, & est ipsius singularis, seu primæ substantiæ.

Inexistentiæ, qui proprius est accidentium

Physicus, seu *Formalis*, seu *Specificus*, seu *Informans*, ut forma, tri|ex est.

Eductus, è potentia materiæ, qui perficit subjectum, & ab eo dependet, ut omnes formæ substantiales, præter animam.

Perficiens subjectum, & ab illo non dependens, ut anima humana.

Conservativus, seu *actus metaphoricus*, et sic locus est, quasi forma et actus qui conservat locatum.

Primus, qui vel est, ut

Forma substantialis rei, ut anima in homine.

Potentia, seu *principium agendi*, ut sunt potentiæ vitales in homine.

Habitus, ut scientia, *&c.*

Ac-

Accidens, quodcunque quod est principium
Quo operationis, ut species intentionalis
seu intelligibilis.

Secundus, qui est ipsa operatio, dicitur à quibusdam *Actus qui*, & actus primus *Actus quo*: sicut aliud est principium *Quod* & aliud *Quo*: & ideo potentia seu virtus activa est in actu primo quando potest agere, & habet omnia requisita ad agendum; & est in actu secundo, quando habet actualem ordinem ad actionem, qui ordo consistit in hoc, quod per illius actualem ordinem ad actionem res fit agens, cum antea non ageret.

Informans, de quo supra in actu respectivo, ut forma: qui actus opponitur potentiæ receptivæ & subjectivæ, éstque duplex,
Substantialis, ut forma.
Accidentalis, ut candor.

Entitativus, seu *transcendens*, seu (secundum Henricum) *Præsentialis existentiæ*, quê Scotus & Henricus tribuunt materiæ primæ, & nihil est aliud quam entitas rei, quatenus actu existit extra causas, qui actus opponitur potentiæ objectivæ, sicut actus formalis opponitur potentiæ subjective.

Naturalis, qui potest attingi ab agente creato, & differt ab actu physico, de quo supra in divisione actus respectivi, quia hic est actus secundus, ille est actus primus.

Supernaturalis, éstque duplex
Quoad substantiam, qui secundû suam essentiam & primam & specificam rationem talis est, ut ipsamet entitas actus non possit

possit esse agenti creato, vel creabili, per absolutam Dei potentiam, conaturalis: ut est unio hypostatica, visio beatifica, &c.

Quoad modum tantum, qui secundum entitatem consideratus, est simpliciter proportionatus & producibilis ab agente naturali creato, supposito concursu Dei universali, sed tamen prout habet annexum talem vel talem modum, non potest produci ab agente creato: Sic restituere visum cæco, est actio supernaturalis secundum modum, quia entitas visus est quid naturale & producibile à natura: sed restitutio visus in cæco est quid supernaturale, & improportionatum agenti naturali, quandoquidem secundũ naturam non datur regressus à privatione ad habitum.

Exercitus, ut quando dicitur, homo est risibilis: risibile prædicatur de homine in actu exercito.

Signatus, ut cum dicitur, risibile prædicatur de homine seu causa ut habens potentiã ad causandum, est in actu signato; & illi respõdet ut *Quo*: causa ut causans est in actu exercito, seu actu secũndo, cui respõdet ut *Quod*. Sic autẽ in propositionibus vocatur, quia significatur aliquẽ actum cõpetere alicui rei, qui tamẽ in illa propositione non exercetur; ut risibile prædicatur de homine, ubi risibili dicitur competere prædicatio, cum tamen subiciatur; Actus tamen iste exercetur in hac propositi-

propositione, homo est risibilis, ubi risibile non subjicitur, sed prædicatur: sic causa dicitur esse in actu signato, quando significatur habere quæ ad agendum necessaria sûr, cum tamen exercetur & exeritur vis ipsius in effectum, dicitur esse in actu exercito.

Hominis,

Moralis seu *in genere moris*, est actus humanus ex libertate & consilio operante productus, qui proinde est quid aggregatum ab ipso actu naturali, una cum omnibus circumstantiis loci & temporis, ideo vocatus *Actus circumstantionatus* ab Aureolo, duplicíque ratione consideratur, vel in ratione

Honesti, ut est actus bonus.

Inhonesti, seu turpis, ut est peccatum.

Naturalis, seu *Physicus*, seu *in genere naturæ*, est ipsa operatio præcisa à circumstantiis, ideoque dicitur actus nudus.

Interior, qui est elicitus à potentiis vitalibus interioribus, quales sunt operationes intellectus & voluntatis.

Exterior, qui est proprie membrorum externorum, & qui versatur ut plurimum circa materiam extrinsecam: Sic homicidium est actus exterior: velle occidere, actus interior.

Intellectus,

Rectus, seu *directus*, est ille, qui directe habet tendentiam in rem extra se, tanquam in objectum terminativum seu materiale.

Reflexus, est ille, qui terminatur ad actum præexistentem in potentia, in quem

tendit, tanquam in objectum ſuum formale & materiale.

Collativus, eſt ille, quo comparatur unum objectum ad aliud, ideoque dici ſolet actus intellectus comparativus.

Voluntatis

Elicitus, ſeu *Eſſentialis* ipſius voluntatis eſt ille, qui producitur immediate ab ipſa voluntate, & manet in ea; ut velle diligere Deum, velle reddere debitum, & ejuſmodi.

Imperatus ſeu *ad uſum voluntatis*, eſt ille, qui producitur ab alia potentia tanquam à principio proximo & immediato, ſed voluntate illam potentiam movente ad exercitium, ut quando voluntas movet intellectum ad intelligendum, vel cum movet appetitum ad actum temperantiæ, aut fortitudinis; et ſic de aliis.

Imperativus, triplex:

Formaliter imperativus, qui eſt velle aliquid exequi ſimpliciter.

Virtualiter, ſeu *æquivalenter* eſt velle aliquid conſequenter ad aliquid aliud, ut cum quis ſuadet infideli recipere fidem Chriſtianam, conſequenter etiam ſuadet ut recipiat Baptiſmum.

Conditionaliter, ſeu *ex ſuppoſitione*, ut ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, &c. *Hac Biel.*

ADÆQUATIO

Naturalis, eſt inter ſimilia.

Pro-

Proportionalis, est inter dissimilia, sicut materiæ ad formam. *Ex Scoto.*

Seu æquabilitas mutua repræsentantis ad repræsentatum, ratione.

Objecti seu *entitatis ad entitatem*, ita ut cognitâ entitate repræsentantis, cognoscatur entitas repræsentati perfectè, sicut cognitis principiis cognoscitur conclusio.

Actus, seu *speciei*, seu *rationis repræsentativæ*, quæ ita repræsentat objectum, quantum repræsentabile est.

Potentiæ, quæ adæquatio in hoc consistit, ut objectum in tantum repræsentetur, in quantum potentia elicere potest actum suum circa illud. *Hæc Rada.*

ÆQUALITAS

Dimensionis, est cum unum corpus est æquale alteri, secundū omnem quantitatem; scilicet longitudinem, latitudinē et profunditatem.

Continentiæ, seu *extensionis*, est cum unum corpus continet alterum, et nec plus nec minus natum est continere: ut superficies extima ultimi cœli continet totum universum. *Ex Fanduno.*

Positiva, est quando unum in se continet omnē perfectionem alterius: ut verbum Patris.

Negativa, est quando unum non continet aliquem gradū perfectionis quo alium excedit, ut inter lineam et albedinem. *Hæc Conimbr.*

ÆQUIVOCUM

Æquivocans, est terminus seu vox significans diversas naturas, sub diversis rationibus: ut canis significat terrenum, cœlestem, et Marinum.

Æquivocatum, est res illa significata per illud nomen, ut animal latrans, sydus cœleste, & canis marinus, sunt res æquivocatæ sub uno nomine canis.

Casu & Fortuna, est quod diversis omnino rationibus suis congruit significatis; ut Gallus, homini natione Gallo, & Gallo avi. Et vocabulum Alexander, Alexandro Paridi & Alexandro Macedoni: Sic autem dicuntur quia in his imponendis nulla habetur ratio cognationis seu convenientiæ rerum significatarum. Et hæc sunt proprie æquivoca.

Consilio & ratione, est quod diversimodè, ob certam tamen rationē suis significatis convenit: Ratio autē hæc se habet, vel ex parte *Imponentis*, & vocatur æquivocum à consilio purè; ut cum nomen Joannis Baptistæ ei pariter convenit, cui solum, ut imitetur, impositum est.

Rerum, & vocatur Analogum.

ÆTERNUM

Positive, est quod existit in omni differentia temporis, ut Deus.

Negative, est quod in nulla differentia temporis deficit, & sic universale dicitur æternum.

AGENS

Univocum, quod producit effectus ejusdem speciei; ut homo generat hominem.

Æquivocum, quod producit effectum diversæ speciei: ut sol producit ranam, & aurum.

Analogum, quale est Deus respectu creaturarum.

Formale, ut albedo facit album.

Effectivum, ut pictor facit parietem album.

Per

Per modum causæ finalis, sic finis facere dicitur, movendo efficentem, motione quadam metaphorica.

Directivum, ut cum homo aliquid agit dirigendo secundum prudentiam aut artem, aut per alios habitus practicos.

Instrumentale, per instrumentum
- *Separatum*: ut securim.
- *Conjunctum*; ut manum.

Naturale, seu *determinatum*, seu *necessarium*, seu à *natura*, seu *non liberum*, quod determinatum est ad producendum unum tantum effectum, & non ejus oppositum; ut calor calefacit tantum, & non frigefacit. Sic sunt agentia omnia naturalia expertia voluntatis.

Liberum, seu *Voluntarium*, seu *indeterminatum*, seu *agens ex proposito*, quod æque potest facere aliquid, & ejus oppositum: ut voluntas potest velle & nolle.

Per motum, ut fit in productione ignis, & sicut agentia naturali.
- *Simplicem emanationem*, sicut propriæ passiones fluunt ab essentia.
- *Productionem creativam*, absq; omni motu et transmutatione, tam ex parte agentis, quam ex parte materiæ: & sic solus Deus producit ex nihilo.

Independens, quod in sua actione nihil præsupponit; & sic solus Deus est agens independens.

Dependens ab alio, triplex est, vel
- *A Causa prima*, seu *universali*.
- *Deo*, & sic absolute omnia agentia creata,

tam spiritualia, quam corporalia dependent à Deo.

Cœlo, sic solum corpora inferiora et elementa.

Ab intrinseco aliquo, quod sit in ipso mobili: ut terra, lapis, ad motum deorsum à gravitate.

Ab extrinseco aliquo, sicut potentia visiva, ut actu videat, requirit objectum quod est sibi extrinsecum.

Mediatum, ut avus respectu nepotis.

Immediatum, ut pater respectu filii.

Subordinatum, ordine quodam vel

Essentiali, qualis est inter cœlum & hominem, animam & potentias.

Accidentali, qualis est inter individua, ut inter patrem & filium.

Non subordinatum, duplex est,

Negative, & sic Deus est agens non subordinatum, quia nullo modo potest recipere influxũ, et subordinationem ab alio.

Privative, cum inter duo non est subordinatio aliqua essentialis ad omnes effectus, qualis est inter hominem & lapidem, quia lapis agere potest absque influxu hominis & contra; potest tamen lapis recipere motionem aliquam ab homine, & sic subordinari ei.

Ut Quod, sicut suppositum:

Ut Quod, sicut materia & forma.

Propria virtute, quod

In sua actione nihil præsupponit; & sic solus Deus agit propriâ virtute.

Necessariò, præexigitur ad operationes aliorum

liorum tanquam agens, sic cœlum & intelligentiæ agunt in hæc inferiora.

Agit secundùm formam suam substantialem, sic ignis & omnia elementa dicuntur agere: ut ignis, producendo ignem; aqua, aquam.

Agit secundum inclinationem naturalem, ut res quælibet pro innato pondere in fines suos feruntur, qualis actio, tam materiæ, quam formæ convenit.

Aliena virtute, ut agentia creata respectu Dei.

AGENDI RATIO multiplex.

Forma rei substantialis, ut anima in homine.

Potentia activa, ut intellectus & voluntas, sunt rationes & principia quibus homo intellegit.

Qualitates activæ, ut calor est ratio calefaciendi igni.

Virtus influxa, à superiore agẽte: quæ duplex est,

Naturalis, ab agente naturali: ut influentiæ à cœlo.

Supernaturalis, ut virtus sacramentalis in Sacramentis.

Quantitas, quæ etiam confert aliquid agenti, ut major ignis magis agit quam parvus.

Habitudo respectiva, ut approximatio, proportio agentis ad passũ, & omnia quæ aliquo modo conferunt ad substantiam vel modũ actionis.

Specificatio actionis, sic notitia objecti est ratio voluntati agendi, quia actus voluntatis specificatur ab objecto, quatenus est cognitum. *ut vult Soncinas.*

AGGREGATUM per accidens est compositum, constans vel partibus diversi generis & naturæ, ut domus; vel partibus ejusdem generis, sed quarum una non sit actus seu forma respectu alterius;

Alterius, ut exercitus, acervus lapidum, &c.

ALIETAS

Oppositionis, est inter conceptus oppositos, quales sunt conceptus differentiarum dividentium genus.

Disparationis, est inter conceptus disparatos: ut duarum specierum sub eodem genere.

Determinabilis & Determinativi, est in conceptibus generis & differentiæ.

Inclusionis & Indeterminationis, est in conceptibus Inferiorum & superiorum. Et hæc alietas compatitur secum verissimam identitatem. *Hæc Canonicus.* Alietas tamen stricte & proprie sumpta, est differentia in essentia: Unde illa dicuntur alia, quæ differunt essentialiter, ut Joannes & Canis.

ALTERATIO

Corruptiva, ut calefactio & denigratio.

Perfectiva, seu *modalis*, ut illuminatio; quæ dicit receptionẽ luminis, & abjectionem tenebrarum, quæ non est forma, sed privatio tantũ.

AMOR

Amicitiæ, est cum bona amato cupimus & procuramus propter ipsum et non propter nos.

Concupiscentiæ, est cum amamus aliquid propter nos, & in nostrum commodum et bonum referrimus.

ANALOGIA

Inæqualitatis, seu *secundum esse*, sunt quorum nomen commune est, et ratio omnino eadem, inæqualiter tamẽ perfecta in inferioribus, genera quæ ob inæqualitatem differentiarum contrahentium perfectius existunt in una specie, quam in alia, etiamsi hæc

hæc planè impropriè dicantur analoga, nam verè univoca sunt, rationi enim genericæ quæ ex æquo participatur ab inferioribus, extranea est perfectio major alterius speciei ex differentiis proveniens.

Attributionis, quorum est idem nomen, eademque ratio secundum terminum, tamen secundum diversas habitudines ad illum: Nam animal suscipit sanitatem ut subjectum: pulsus indicat ut signum: cibus conservat ut causa: quibus posterioribus attribuitur nomẽ sanũ propter habitudinem ad illud prius, cui primo et principaliter competit sanitas: Nam sanum significat temperiem debitam primarum qualitatum in animali.

Proportionis, sunt et quorum idem commune nomen et eadem ratio proportionaliter, seu *Quorum est similis ratio.* Alia enim est ratio principii in fonte, in corde, in instanti quod dicitur principium temporis. Itẽ alia est *Ratio entis* in substãtia & in accidente. Alia forma hominis in vivo atq; in mortuo.

ANGELUS est compositus ex
Actu et *potentia.* *Esse* et *essentia.*
Natura, et *supposito*, seu *ex quo est*, et *quod est.*
Natura specifica, & *differentia individuali.*
Subjecto & *accidente*, & hæc est compositio accidentalis.
Genere & *differentia.*
Actu positivo, & *privativo* ut loquuntur *Scotistæ.*

ANIMA
Dividitur per
Gradus, seu *partes essentiales*, ut in vegetativum,

tativum, sensitivum & intellectivum.

Potentias, ut

Vegetativum, in nutritivam, augmentativam & generativam.

Sensitivum, in appetitum sensitivum, cujus species sunt irascibilis, & concupiscibilis.

Apprehensivum, in quinque sensus exteriores, & tot interiores.

Intellectivum, in intellectum, voluntatem & memoriam intellectualem.

Portiones, ut partem.

Superiorem, quæ contemplatur res æternas & spirituales.

Inferiorem, quæ contemplatur res caducas & mundanas.

Subsistit, ut

Quod, prout est independens in suo esse corpore.

Quo, prout est id quo existit totum. *Hæc Conimbricenses.*

Dicitur,

Anima, dum vegetat.

Spiritus, dum contemplatur.

Sensus, dum Sentit.

Animus, dum sapit.

Mens, dum intelligit.

Ratio, dum decernit.

Memoria, dum recordatur.

Voluntas, dum vult.

APPETITUS,

Elicitus, duplex est.

Sensitivus, seu *animalis*, seu *sensualis*, quo res præunte notitia sensus fertur in bonum

bonum ſuum, ideo appellatur *ſenſualitas*, & *rationalis ſecundum participationem*, in quantum natus eſt obedire rationi, éſtque duplex.

Concupiſcibilis, per modum deſiderii, ſeu per proſecutionem.

Iraſcibilis, per fugam.

Intellectivus, ſeu *rationalis*, ſeu voluntas, quæ prævia notitia intellectus apprehendit bonum conveniens.

Innatus, ſeu *naturalis*, ſeu *Metaphoricus*, eſt propenſio ingenita ab authore naturæ, qua unumquodque abſque ulla prævia notitia inclinatur, in id quod ſibi conveniens eſt; éſtque

Materiæ, quo appetit formam actuantem.

Formæ ſubſtantialis, quæ appetit materiam, diſpoſitam qualitatibus primis.

Qualitatum primarum, quæ appetunt materiam diſpoſitam, per quantitatem & dimenſiones. *Hæc Paulus Venetus.*

Potentiæ naturalis, quæ per ſe in actus ſuos propendet: ut potentia viſiva, in actus viſionis, &c.

Juſtitiæ, eſt in ſola rationali natura, et eſt ille, quo non tam id quod nobis eſt commodum affectamus, quam quod juſtum eſt.

Commodi, eſt in unaquaque re etiam non ſentiente: ſic gravia deorſum mox ut permittitur ſe proripiunt. *Ex Scoto.*

Deſiderii, ſeu *inhiantis*, ſeu *carentiæ*, eſt quo aliquid deſiderat habere id quo caret; ſic materia poteſt dici appetere formam quam nondum poſſidet.

Com-

Complacentia, seu *fruentis*, quo amatur aliquid quod est præsens, sic materia appetit formam quâ fruitur. *Hæc Brulefer.*

APPREHENSIO,

Sensus, est circa objecta & accidentia exteriora præsentia.

Imaginativæ, est circa similitudines rerum tum præsentium, tum absentium.

Phantasticæ, est circa similitudines rerum singularium non sensatarum, ex quibus novas intentiones effingit.

Cogitativæ, est circa similitudines rerum, sed cũ discursu quodã, qui cõstat ex terminis singularibus, ideo dicitur discursus Expositorius.

Intellectus, est circa essentias rerũ, circa quidditates & circa universalia: & hæc potentia per excellentiam dicitur *Apprehensiva* simpliciter.

APPROPRIATIO, per

Assimilationem, & sic causa debet appropriari suo effectui.

Adæquationem, & sic potentia appropriatur objecto, & vicissim.

ASSUMERE

Effective, est causare unionem naturæ assumptæ, sic omnes tres personæ Deitatis assumpserunt naturam humanam, id est, effecerunt.

Terminative, est illam unionem terminare, sic sola secunda persona, Verbum, assumpsit naturam humanam. *Ex Bassolio.*

AUGMENTATIO, fit vel per

Juxtapositionem, seu *apositionem materiæ*, seu *accessionem*, seu *accumulationem*, ut additur lapis lapidi, & hæc augmentatio est improprie dicta, cum partes inter se non faciunt

ens

ens unum per se, sed per accidens & unum aggregationis.

Intentionem in qualitatibus, sic cum quatuor gradus caloris adduntur calori ut duo, dicitur tum calor intendi & augeri. Et hæc augmentatio est etiam impropria.

Rarefactionem, ut ex aqua fit aër majoris quantitatis. Et hæc etiam est impropria.

Additionem in quantitate discreta, sic numerus augetur per additionem unitatis.

Intus susceptionem, cum suscepto intus digestoque alimento à virtute animæ, convertitur alimentum in substantiam viventis, & fit unum per se cum cæteris partibus: ideo augmentatio hæc est proprie dicta, & ratione tantum differt à generatione: & appellatur aggeneratio, sicut etiam differt tantum ratione à mixtione, cum unus & idem motus numero sit, & generatio et aggeneratio, sive augmentatio & mixtio.

B.

BEATITUDO.

Objectiva, est ipse Deus: eáque duplex est,

Materialis, seu *ratio materialis objecti*, quæ est Deitas, seu Deus.

Formalis, seu *ratio formalis*, quæ est ipse Deus, quatenus est summum bonum hominis, seu ipse actus visionis Dei.

Formalis, est ipse actus.

Subjectiva, est ipse homo, seu natura beatificabilis, licet hæc impropriè dicatur beatitudo, & verius diceretur beata. *Hac Biel.*

Natu-

Naturale, qualem Aristoteles in suis libris Ethicorum depingit, illiúsque obtinendæ media præscribit.

Supernaturalis, qualem exspectant Christiani post hanc vitam.

BONUM

Transcendentale, tam late patet ac ens, ideo omnia entia sunt bona. bonitate transcendentali et quantum Entitatis habent tantum Bonitatis habent.

Prædicamentale, seu *respectivum*, seu *naturale*, est bonum uni alicui naturæ, seu speciei, et non alteri: sic bonum est terræ esse in centro Universi, non autem est bonum ignis.

Honestum, est per se et propter se appetibile; ut virtutes.

Utile, est appetibile propter aliud, tanquam medium propter finem.

Delectabile, est per se appetibile, ut afferens quietem quandam seu oblectationem appetitui.

Morale, seu *meritorium*, late sumptum, est proprium hominum, et dicit ordinem ad voluntatem, cujus tot sunt species, quot sunt virtutes morales: quo bono morali homo simpliciter diciter bonus, aut malus.

Intellectuale, dicit ordinem ad intellectum, et tot sunt ejus species, quot sunt virtutes intellectuales; ut intelligentia, scientia, prudentia, à quibus homo non dicitur simpliciter bonus.

Consistit, in

Modo, per quem intelligitur commensuratio effectus in ordine ad causam, ut habeat

eum

eum scilicet modum & limitem, quem ei causa præfixit: ideo à Salomone dicitur *Mensura*, quia mensura rem modificat & coërcet.

Specie, per quam intelligitur forma, sive causa formalis effectus; quæ à Salomone appellatur *Numerus*, quia species & essentiæ rerum sunt veluti numeri. Ex *Aristot.* 2. 8. *Metaph. text.* 10.

Ordine, per quem indicatur perfectio accidentalis uniuscujusque rei, & naturalis inclinatio ad bonum suũ conveniens, quæ à Salomone appellatur *Pondus*, quia ut corpora ponderibus, ita quælibet res innata propensione in suum proprium bonum fertur.

Participative, seu *ab extrinseco*, & ut à *causa*, est quo omnia creata sunt bona, bonitate participatâ.

Essentialiter, sic solus Deus est bonus.

Formaliter, sic unaquæque res bona est, bonitate sua naturali, tanquam effectus formalis à causa formali proveniens.

Et finis, in actu

Exercito, id est quoad rem ipsam, sunt idem: Nam exercetur, ut sic loquar, appetitio voluntatis circa finem & media, ob solam Bonitatem finis.

Signato, id est quoad rationes significatas per hæc nomina, non sunt idem: Nam bonitas sola est ratio motiva, cur finis appetitur.

C

CATEGOREMATA vocantur quasi *Dicibilia*, quæ de uno aut pluribus dicuntur. SYNCATEGOREMATA verò dicuntur, quæ non dicuntur de aliquo aut aliquibus, sed tamen categorematis adjumentum afferunt, ut certum orationis sensum efficiant: ut *Cæsi*, divitis, doctè, sapienter, omnis, nullus, si, cum, aut, ab, et ejusmodi. *Hæc Fonseca.*

CATEGORIA idem est ac enunciatio, seu prædicatio unius de alio: Quia autem res in decem classibus, seu ordinibus ideo disponuntur, ut superiora de inferioribus juxta naturæ ordinem affirmentur, meritò ipsæ classes græcè *Categoriæ*, latinè *Prædicamenta* appellantur; quia in his Categoremata, seu quæ prædicantur, in ordinem coacta, disposita sunt.

CAUSA,

1 *Prima*, primitate
- *Perfectionis*, quæ cæteris est perfectior.
- *Illimitationis*, seu *indifferentiæ*, est quæ concurrit ad plures effectus specie distinctos: ut Sol.
- *Durationis*, quæ aliam tempore seu duratione præcedit.

Secunda, ut sunt creaturæ respectu Dei,

2 *Æquivoca*, quæ non est ejusdem rationis et denominationis cum suo effectu: ut Sol respectu animalium genitorum ex putri materia.

Univoca, quæ est in ejusdem denominationis et rationis cum suo effectu: ut homo generans hominem.

Ana-

Analoga, ut Deus respectu creaturarum.

3 *Universalis*, duplex est per

Prædicationem, sic homo est causa universalis omnium hominum, quia prædicatur de suis inferioribus.

Causalitatem, seu *in essendo*, seu *in causando*, quæ concurrit ad effectus aliorum agentium: ut Deus et cœlum. *Hæc Soncinas.*

Particularis, ut Polycletus.

4 *Totalis*, quæ potest producere totum effectum: duplex est.

Sufficiens, quæ omnibus aliis circumscriptis potest effectum sufficienter producere: ut ignis calefactionem.

Præcisa, quæ potest aliquem effectum sufficienter producere, et sine qua non potest talis effectus produci: ut anima respectu creationis.

Partialis, quæ concurrit cum alia: ut duo homines trahentes navem.

5 *Simplex*, ut sol, homo.

Composita, ut duo trahentes navem.

6 *Secundum Fidem*, quæ secundum veritatem causæ est, ut materia & forma.

Imaginationem, id est, secundum operationem intellectus, sicut genus & differentia respectu speciei, quã causant metaphysicè. *Hæc Burlæus ex Averroë.*

7 *Per se*, seu *influens in effectum*, quæ virtute & actione propriâ producit effectum, ut fabricator respectu domus.

Per accidens, seu non influens in effectum; quæ non agit propriâ virtute, sed ejus dui conjungitur, sicut albũ est causa ipsius domus.

8 *Intrinseca*, ut materia & forma.
Extrinseca, ut efficiens & finis.

9 *Propinqua*, quæ jamjam actura est, aut quasi in procinctu ad agendum.
Remota, quæ nondum ad operandum satis accincta.

Mediata quæ causat vel interventu alterius supposi-
10 positi, vel alterius virtutis.
Immediata, quæ agit vel immediatione suppositi; ut ignis comburendo ceram: vel immediatione virtutis, ut sol liquefaciendo cerã.

In fieri,
Et facto esse, ut corpus luminosum, respectu lumini; & Deus conservans, respectu rerum quas perpetua productione conservat.
Et non facto esse, cujus influxu continuo effectus jã productus non dependet: tales sũt omnes causæ, præter solẽ, respectu luminis: & potẽtias vitales respectu suorum actuũ, & paucas alias. *Hæc Scot.*

Movens,
Mota; ut causæ secundæ.
Immota: ut causa prima.

Efficiens, quæ est principium primum mutationis: vel est,
Principalis, quæ in suo saltem ordine ac genere, virtutem habet integram & sufficientem ad effectum: seu quæ non operatur ultra mensuram inhærentis sibi & connaturalis virtutis, quo fit ut effectus illi assimilari possit, etiã si alioqui à causa superioris ordinis & dependeat & virtutem accipiat. Hæc est duplex.

Phy-

Physica, seu verè *efficiens*, quæ per se influit & dat esse effectui, actione ut ita dicam exequente.

Moralis, seu *dispositiva*, seu *imputativa*, seu *excitativa*, seu *consilians*, quæ consilio, precibus, imperio, permissione, vocatione, inspiratione, aut simili modo movet causam liberam ad operandum, quæ licet non attingat, effectum influxu reali & physico, tamen hujusmodi est, ut ei merito imputetur laus operis aut culpa.

Instrumentalis, quâ principalis ad agendum utitur, seu quæ elevatur ad producendum effectum nobiliorem se, vel ultra mensuram propriæ perfectionis.

Perficiens, seu *Consummativa*.

Disponens, ut sunt ipsæmet dispositiones, quibus præinstruitur materia ad formam inducendam.

Specificativa; sicut objectum est causa intellectionis.

Sine qua non; ut approximatio ligni sine qua ignis non combureret.

Subordinata,

Essentialiter, quando inferiores dependent à superioribus, tam in esse, quam in causare, sicut se habent Deus & sol, & aqua respectu ranæ.

Accidentaliter, quando est dependentia in essendo, non tamen in causando, ut filius licet habeat esse à patre, generare tamen potest patre mortuo.

Materialis, ex qua aliquid fit tanquam ex præjacente subjecto.

Formalis, quæ dat esse rei: duplex est,

Interna, quæ essentialem rei compositionē ingreditur; cujusmodi sunt omnes formæ physicæ respectu entis naturalis; & anima humana & equina respectu hominis & equi: & differentiæ metaphysicæ comparatione speciei, ut rationale respectu hominis.

Externa, quæ licet rem non componat, nec in ea includatur, tamen essentiam determinat, eique certam speciem tribuit, quod est proprium munus formæ; ita se habet idea respectu sui effectus, & objectum respectu scientiæ.

Finalis, cujus gratia aliquid fit.

Consideratur.

Formalis, à Mathematico.

Efficiens, *formalis*, & *finalis*, à Metaphysico.

Efficiens, *formalis*, *materialis*, & *finalis* à Physico.

CENTRUM,

Magnitudinis corporis, est illud, quod est in medio lineæ, dividentis illud corpus per duo æqualia.

Gravitatis corporis, est illud quod est in medio lineæ dividentis illud corpus, in partes æqualiter graves.

CERTITUDO,

Evidentiæ, quæ habetur per Scientiam.

Adhæsionis, seu adhærentiæ, quâ credens firmius adhæret creditis, quam sciens scitis. *Ex Durando.*

Ordinis, est de infallibili productione effectus à sua causa. *Perse-*

Perfectionis, est de objecto perfectissimo, ut de Deo & intelligentiis.

Objecti, consistit ut objectum sit certum in se, vel Secundum se, vel prout subest divinæ revelationi.

Cognitionis, seu *notitiæ*, seu *medii*, requirit ut intellectus objecti certitudinem certò & per medium certum cognoscat, & certitudo hæc requiritur ad scientiam.

Cognoscentis, seu *ex parte Subjecti*, juxta quam dicit Aristot. 7. Ethic. c. 3. posse aliquē ex protervia magis & firmius adhærere erroribus, quā alii veritatibus suis, sicut hæretici faciūt.

CIRCUMINCESSIO, est alicujus subsistentis in subsistente realiter distincto mutua & intima præsentialitas, in eadem natura numero.

COÆQUARI,

Formaliter, est habere æqualitatem ad aliquid, seu commensurari alicui: sic locus locato coæquatur.

Originaliter, & quasi passive; sic imago coæquata est ei cujus est imago. *Hæc Basselis.*

COELUM, sumitur pro

Ultima sphæra.

Aggregato, ex omnibus corporibus cœlestibus,

Aggregato, ex omnibus corporibus tam cœlestibus, quam inferioribus, tam simplicibus, quam mixtis.

COGNITIO,

Matutina, est cognitio rerum creatarum in Verbo.

Vespertina, est cognitio rerum in proprio genere.

Meridiana, est cognitio divinæ essentiæ, & in essentia divina, quia clara est sicut meridies. *Hæc Ingen.*

Quidditatis, est quâ unum tantum prædicatum essentiale cognoscitur.

Quidditativa, seu *definitiva*, est qua omnia prædicata essentialia usque ad ultimas causas cognoscuntur.

Demonstrativa, est quæ demonstratione comparatur, seu, per quam proprietates ostenduntur de subjecto.

Comprehensiva, est qua res cognoscitur, quantum ex se cognoscibilis est.

Actualis, est quando homo actualiter cognoscit aliquid, quem Aristoteles cõparavit vigilanti.

Habitualis, est quando habet habitum alicujus scientiæ, sed non actu contemplatur: Et habentem hanc cognitionem Aristoteles comparavit dormienti, 1. Ethic.

Virtualis, est quando inferius cognoscitur in suo superiori, & quando partes virtualiter cognoscuntur in toto, aut quando effectus cognoscitur in causa.

Complexa, quam Averroës *fidem* vocat, est quæ de aliquo complexa habetur, ut de propositione affirmativa, vel negativa, & vocatur *Compositio & Divisio.*

Incomplexa, quam Averroës *Formationem* vocat, est quæ de aliquo incomplexo habetur, & vocatur, *Intelligentia simplicium.*

In alio, ut cum Beati in divina essentia creaturam intuentur.

Post aliud, est discursus successivus unius post aliud.

Ex alio, est cum unum ex alio inferimus per rationalem copulã, ergo, aut, igitur, priori notitia causante posteriorem, qui est discursus causalitatis.

Cau-

Causam habet.

Effectivam, ut potentia visiva.

Objectivam, ut color, seu paries.

Formalem, ut species impressa & expressa.

Instrumentalem, ut organa & sensoria.

COMMUNICATIO,

Universalis, seu *prædicationis*, seu *superioris ad inferius*, seu *logica*, Quomodo universale, & quidditas communicatur speciebus.

Essentiæ, seu *naturæ*, communis pluribus suppositis sola relatione distinctis, qualis est solius divinæ essentiæ.

Assumptibilitatis, quæ est in assumptione naturæ humanæ à Verbo, *Hoc Caprcolus.*

Subjecti ad formam, ut ligni ad colorem quem suscipit.

Formæ ad subjectum, ut coloris ad lignum.

Partis ad totum.

COMMUNICABILE,

Vt Quid, est illud quod de pluribus prædicatur, ut universalia & omnia superiora respectu suorum inferiorum.

Quo, est illud quod est ratio essendi alicui substantialiter vel accidentaliter, seu *est* id quo aliquid est tale: sic forma communicatur materiæ, albedo parieti, ut loquuntur *Scotistæ*, qui ideo definiunt individuum quod est incommunicabile ut quo, & ut quod.

Secundum,

Transfusionem, seu *per identitatem*, sic essentia Patris communicatur Filio & Spiritui Sancto. Transfusionis autem terminus mihi videtur durior, paucisque Scholasti-

lasticis innotuit, etsi apud quosdam Patres inveniri putem.

Prædicationem; sic essentia divina est quoddam quasi prædicabile commune tribus personis. Ex Hervæo.

COMPOSITIO,

Realis, quæ est rerum à parte rei, seu sine mentis opera distinctarum; duplex est,

Metaphysica, quæ est entitatum absq; mentis opera distinctarum, sed quarum una se habet ut modus alterius. éstque vel ex

Natura, & supposito, seu *ex quo est*, & *quod est*.

Esse & essentia, quam *Ingen* vocat *compositionē innitentiæ*: quæ est, inquit, quando aliquid innititur in aliud prius se naturaliter à quo dependet secundum suum esse, sicut intelligentiæ dependent à primo ente.

Actu positivo, & privativo, secundum Scotistas.

Potentia & actu, quæ iis competit rebus creatis, quæ cum simplices sint & actus meri ac puri, id est, expertes possibilitatis physicæ, constant tamen ex aliquo tanquam potentia & aliquo tanquam actu. Essentia est actus, receptivitas illius est potentia.

Physica, quæ multiplex est;

Ex his, ut homo componitur ex materia & forma.

Cum his, ut anima cōponitur cum corpore, subjectum cum accidente. Et

hæc

hæc compositio propriè sumpta requirit ut alterum vel informet alterum, vel inhæreat alteri, ideo à *Durando* appellatur *compositio per inhærentiam.*

Hujus ad hoc, est cum duo inter se componuntur ad efficiendum unum totum, sed ita, ut neutrum alterum informet, neque inhæreat alteri tanquam subjecto; sicut Humanitas Christi componitur cum persona Verbi, ex quibus resultat hic homo qui dicitur Christus, ideo ab eodem Durando appellatur *Compositio secundum dependentiam inexistentis*, seu *compositio secundum subsistentiam*, cum scilicet unum est tantum existens & alterum subsistens. Persona enim divina ante incarnationem subsistebat tantum in natura divina, post incarnationem subsistit in humana absque ulla alia inhærentia: & eandem compositionem appellat *Durandus Secundum habitudinem relativam*: quia nimirum natura humana & persona divina ex unione ista se habent sicut terminativum et terminatum, sustentificans et sustentificatum.

Ex partibus,

Substantialibus, sic materia intelligitur habere partes substantiales distinctas à quàtitativis. *Hæc Bass.*

Essentialibus, ut ex materia et forma.

Quan-

Quantitativis, vel
Continuis, ut substantiæ extensæ.
Discretis, ut ex unitate & unitate componitur numerus.
Homogeneis, ut aqua.
Heterogeneis, ut homo ex capite, pectore, corde.
Gradualibus, quæ fit per gradus, ut albedo, calor ad octo.
Ex subjecto, &
Accidente, ut paries albus.
Proprietatibus intentionalibus, ut homo risibilis.
Actualis, quando compositum actu, & copulatim ponit omnes suas partes; & sic homo ponit actu cor, caput, pedes.
Potentialis, quando compositum non ponit actu omnes partes, sed sub disjunctione, ut universale respectu specierum quas potentiâ tantum continet. Hæc distinctio est Burlæi, & pertinet ad compositionem cùm metaphysicam tum physicam, videtur enim esse mixta ex utráque.

Rationis, seu *logica*, ex genere & differentia, ex indeterminato & determinante.

Metaphorica, ut motoris cum mobili, ex quibus constituitur unum per se motum, ut intelligentiæ cum cœlo, angeli cum corpore assumpto.

COMPREHENSIO, sumitur pro
Omni cognitione, & sic est idem quod apprehensio.
Apprehensione, cujuslibet essentialis ipsius rei cognitæ:

gnitæ : & sic est idem quod distincta notitia rei, ex principiis extrinsecis rei.

Perfectissima notitia, quæ potest esse ex principiis intrinsecis & accidentalibus.

Notitia rei.

Sub omnibus prædicabilibus de re.

Distincta, in tanta perfectione secundum actum cognoscendi quanta est in objecto cognita. *Hæc Occam.*

CONCEPTUS,

Sumitur, pro

Potentia conceptiva, seu *intellectiva.*

Ratione concipiendi, seu *specie intelligibili.*

Actu concipiendi formali.

Aliquo formato per actum intelligendi, nimirum pro verbo mentis.

Objecto,

Conceptibili, quatenus tantum aptum est concipi.

Jam concepto, ut terminat actum intelligendi seu concipiendi, qui communiter appellatur conceptus objectivus.

Objectivus, seu *materialis*, est res ipsa quæ objicitur intellectui, seu ipsum objectum, & multiplex est.

Distinctus, seu *praecisus.*

Confusus, quo totum aliquod cognoscitur, sic ut singulæ partes non concipiantur alio & alio conceptu.

Simplex, qui duplex est quoad modum cognoscendi.

Et quoad rem cognitam, quando apprehenditur nudi rei essentia, ut conceptus hominis, leonis, auri.

Et

Et non quoad rem cognitam, ut sunt qualitates representantes objectum aliquo modo compositum, ut conceptus hominis albi, remi fracti. *Hæc Cajetanus.*

Simpliciter simplex, qui resolvi non potest in superiora prædicata, ut ens quod nõ habet se superius in quod resolvatur: similiter differentiæ, passiones, quæ nulli directe supponuntur generi in quod resolvantur. Resolvi autem in superiora est definiri per superiora.

Ultimatus, duplex

Positive, quê alius conceptus præcessit.

Negative, quem nullus alius conceptus subsequitur.

Determinabilis, seu *determinatus*, ut est generis respectu differentiæ specificæ.

Determinans, seu determinativus, ut conceptus differentiæ determinantis genus ad species.

Vnus, unitate

Formæ, sicut est in omni conceptu generico & specifico.

Analogiæ, seu comparationis, ut quando unum dicitur in ordine ad aliud.

Disjunctionis, ut quando conceptui formali non respondet præcisè una natura, sed sub disjunctione.

Quietans intellectum, qui cognoscit omnes causas intrinsecas & extrinsecas, propinquas & remotas.

Non quietans intellectum, qui non cognoscit prædictas causas.

Per

Perfectus, quo objectum aliquod perfecte apprehenditur.

Imperfectus, quo imperfecte et confuse.

Distans, est quando in propositione prædicatum connectitur cum subjecto mediante copula: ut homo est animal, vel homo non est animal.

Indistans, est quãdo in propositione prædicatum conjungitur cum substantivo, sine media copula: ut homo albus ãbulat, vel homo albus non ambulat. *Hæc Buridanus.*

Formalis, est actualis similitudo rei quæ intelligitur ab intellectu, seu, est ipsa actualis cognitio objecti. Dicitur formalis, quia repræsentat rem sub ea forma, seu natura secundum quam intelligitur. Dicitur actualis ut discernatur à specie intelligibili, quæ etsi est similitudo rei quæ intelligitur, non tamen inhæret intellectui ut actus, sed ut habitus: éstque duplex,

Simplex, seu *apprehensivus*, qui vocatur prima mentis operatio.

Compositus, seu *complexus*, seu *Adhæsivus*, seu *judicativus*, qui vocatur secunda mentis operatio.

CONTACTUS,

Physicus, seu *quantitativus*, est quando extrema ita simul sunt, ut mutuo inter se agant: sic elementa se mutuo tãgunt contactu physico.

Mathematicus, est quando extrema ita sunt simul, ut mutuo inter se non agant: sic sphæra lunæ, sphæram ignis.

Metaphysicus, est unio indistantiæ duarum rerum, sic materia et forma se invicem tangunt.

Virtu-

Virtutis, est inter rem corpoream: ut inter animam & corpus, cœlum & intelligentiam.

CONTINENTIA,

Essentialis, qua inferiora continent in se superiora: ut homo continet animal.

Realis, qua aliquid continet aliud quod est sibi realiter idem: sic secundum Scotistas anima continet potentias suas, & subjectum passiones.

Potentialis, seu Prædicativa, quo modo inferiora prædicata continentur in superioribus: sic substantia totum ordinem sui prædicamenti potentialiter continet, sic animal continet hominem, homo Socratem, *Hæc Tartaretus.*

Unitiva, qua superiora unitive, seu identicæ continentur in suis inferioribus. *Ut vult Bruleser.*

Eminentialis, sic minus perfecta in perfectioribus: ut Bruti natura in Homine continetur, Angeli in Deo.

Virtualis,

- *Productiva*, seu *(Ex Herveo) secundum causalitatem effectivam*, sic effectus continentur in causa, formæ eorum quæ generantur ex putri materia sunt in sole, conclusiones in præmissis, & omnia in Deo.
- *Passiva*, seu *potentialis*, triplex
  - *Remotè*, sic materia continet omnes formas, etsi careat omnibus dispositionibus qualitativis & quantitativis.
  - *Propinquè*, sic materia continet omnes formas ad quas disposita est ab agente naturali; ut lignum siccum continet formam ignis.
  - *Propinquissimè*, sic continuum continet partes

partes suas, quæ solâ divisione efficiuntur in actu.

Operativa, quo pacto continens potest exercere operationem ipsius contenti; sic priora manent in suis posterioribus, imperfectiora in perfectioribus, ut elementa in mixto.

Secundum continentiam formalem, ut loquitur *Hervaus*; sic vegetativum continetur in sentitivo, & sensitivum in intellectivo.

Conservativa, seu *localis*, sic vinum continetur invase.

Subjectiva, sic paries dicitur continere albedinem. *Hæc Brulefer.*

Formalis, est potentiarum quæ sua obiecta mediis speciebus continet, qua ratione continetiæ, intellectus dicitur ónia, apud Aristotelē.

CONTINGENS,

Ut plurimum, seu, *frequenter*, ut quæ fiunt à natura: quandoque enim recipiunt impedimentum.

Raro, seu, ut *in paucioribus*, ut quæ attribuuntur fortunæ.

Æqualiter, seu *ad utrumlibet*, ut quæ fiunt à libero hominis arbitrio.

Logicè, solum dicit possibiliter aliquid esse, & possibiliter non esse, neque ponit aliquam imperfectionem in causa, & ita Deus contingenter creavit mundum.

Physicè, addit intrinsecè & formaliter respectum ad causam defectibilē & impedibilē.

Moraliter, addit intrinsecè & formaliter, quod effectus productus contingens sit præter intentionem operantis.

CONTINGENTIA,

Vera, est indeterminata potentialitas ad plura.

Impropria, est quædam illimitata potestas ad plura sine omni potentialitate: sed cum omnimoda actualitate, & hæc competit Deo.

Voluntaria, quæ provenit ab agentibus ex proposito. Et hæc est propriè dicta.

CONTRAPASSUM, significt æqualem recompensationem passionis ad actionem præcedentem. Exod. 21. reddet animâ pro animâ, oculũ pro oculo. Et hæc vocatur *Lex talionis*.

CONTRARIETAS,

Sumitur, pro

Oppositione, quæ est inter privationem & habitum, sic tenebræ & lux dicuntur contraria, sed improprie.

Distantia duarum formarum ejusdem generis in eodem subjecto vicissim existẽtium & successive, & mutuo se expellentium, & dicitur contrarietas perfecta.

Distantia, vel *repugnantia* duarum formarum, sive ejusdem sive diversi generis, quæ possunt esse simul in eodẽ subjecto: sive sint activæ, sive sint passivæ, & dicitur contrarietas *Diminutiva*, ut albedo & dulcedo, paternitas & virtus.

Positiva, ut albedo & nigredo; éstque duplex.

Primo contraria, ut albedo & nigredo.

Secundario contraria, ut albedo & rubedo.

Privativa, ut motus & quies, lumen & tenebræ.

Secundum Eminentem, seu *formam*, seu *essentiam*, sic frigus opponitur calori, albedo nigredini.

Modum essentiæ, sic magis frigidum opponitur

tur minus frigido, magis album minus albo. *Ex Soncinate.*

CONVENIRE, alicui per partem, ficuti per *Rationem qua*, & sic agere convenit composito per formam.

Primo denominatum, per illud quod dicitur convenire toti; sic dicitur crispitudo inesse homini per partem, nempe per caput, ut albedo per dentes.

CONVERTIBILITAS.

Definitionis cum definito.

Propriæ passionis cum subjecto.

Ultimæ differentiæ cum specie propria.

CORPUS,

Logicum, seu *Metaphysicum*, est genus in Categoria Substantiæ.

Mathematicum, seu *corpus sumptum pro mensura*, est trina dimensio in Categoria Quantitatis.

Physicum, seu *corpus sumptum pro materia*, est altera pars compositi, vel ipsum totum.

CORRUMPITUR aliquid,

Propriè, quod primo est existens in mundo & postea non est: sic propriè composita corrumpuntur, non privationes neque formæ.

Impropriè, seu transsumtive, quod primo denominat aliquod ens, & postea cessat denominare ipsum: sic privationes & formæ possunt dici corrumpi.

Quia corrumpitur, ejus subjectum: ut albedo, corrupto pariete.

Causa definit causare; ut lumen in aëre amoto luminoso.

Fortius aliquid supervenit, ut frigus cum major adventat & ingruit calor.

CREDERE

Deum, est credere Deum esse.

Deo, est credere verbis ejus, sive Scripturæ sacræ fidem adhibere, & quod omnia Dei verba etiam tradita sint vera.

In Deum, est adhærere Deo per cognitionem & amorem.

D

DE OMNI DICI, seu *prædicari*, duplex est.

Prioristicum, quod requirit universalitatem subjecti tantum: ita vocatur, quia tale subjectum requiritur ab Aristotele in libris Priorum ad constituendum syllogismum.

Posterioristicum, quod requirit universalitatem subjecti & temporis, sic vocatur, quia tale requiritur ab Aristotele in libris Posteriorum ad constituendum syllogismum demonstrativum.

DEFINITIO,

Quid nominis, solũ explicat quid nomẽ significat

Quid rei, explicat naturam rei significatæ, éstq;

- *Quidditativa*, quæ fit per partes rei essentiales, vel
  - *Physicas*:
  - *Metaphysicas*.
- *Descriptiva*, seu *additamentalis*, seu *per additamentum*, est per rei accidentia propria vel communia.
- *Causalis*, est per causas extrinsecas rei: ut anima est forma à Deo creata ad beatitudinem: Eclipsis est interpositio terræ: Tonitru est ruptio nubium: sic accidentia per subjectum solent definiri.

Competit,

Subjecto, denominative. *Formæ*,

Formæ, quidditativè

DENOMINATIO

Intrinseca, est ab aliqua forma, seu accidente, quæ inhæret subjecto; ut paries dicitur esse albus ab albedine quæ in ipso est.

Extrinseca, est à forma aliqua quæ non existit in ipsa re, sed vel adjacet rei, vel alio quocunq; modo est extra rem: sic columna dicitur dextra vel sinistra, paries visus vel intellectus à visione vel intellectione, campana sonora à sono in aëre existente.

DENOMINATIVA.

Denominantia, sunt ipsæ voces; ut albus, fortis.

Denominata, sunt res ipsæ: ut paries, Socrates.

DEPENDENTIA

Actualis, est quædam relatio ordinis alicujus posterioris ad prius: ut accidentis ad subjectum, formæ ad materiam.

Aptitudinalis, est quando aliquid sic habet inclinationem ad aliud, quod semper esset in actu nisi impediretur: ut accidentia in Eucharistia dependentiam habent aptitudinalem ad præexistens subjectum cui inhærebant.

Potentialis, est non repugnantia terminorum: sic quælibet entitas habet dependentiam potentialem ad suppositum Verbi. *Ex Scoto.*

Essentialis, sic dependet creatura à Deo, domus à fundamento, & actus vitalis à potentia.

Accidentalis, sic accidens dependet à subjecto, quamvis Deus possit per potentiam suam absolutam accidentia conservare absq; subjecto.

Partialis, sicut partes dependent à toto.

In Essendo, est qua aliqua dependent secundùm essentiam ab alio: ut creaturæ à Deo.

Causando, cum aliqua dependent ab alio, non secundum esse, sed secundum causare tantum, ita ut si illud non concurreret ad causandum cum illis, non causarent utique, sicut sunt corpora elementaria respectu cœli. *Et hæc distinctio est Bassolii.*

Conservando, est qua aliquid dependet ab alio ad conservationem sui esse, ita ut deficiente illo à quo dependet statim desinat esse: sic creaturæ dependent à Deo, lumen à Sole.

DESCENSUS, est ab universale ad singularia sufficienter enumerata progressio, sicut

Ascensus, est à singularibus sufficienter enumeratis ad universale progressio. Descensus autem & Ascensus quadruplex est.

Copulativus, qui fit per particulam *Et*, copulative acceptam, id est, jungente implicite vel explicite plures propositiones, ut si suppositionem seu acceptionem subjecti illius propositionis; *Omnis homo est animal*, sic explices: Hic homo est animal, & hic homo est animal, sic de cæteris.

Copulatus, qui fit per eandem particulam *Et*, copulatim receptam, id est, ut jungit ac nectit partes unius extremi, aut termini propositionis, non integras propositiones.

Disjunctivus, qui fit per particulam *vel*, disjunctive acceptam, id est, nectentem plures propositiones.

Disjunctus, qui fit per particulam *Vel*, disjunctim acceptam, id est, ut nectit partes termini unius propositionis, non diversas propositiones,

DETER-

DETERMINATIO
In actu primo, est determinatio ad *speciem intelligibilem. Secundo, est determinatio* ad *operationem intellectus.*
Ad particulare objectum, est determinatio ad *Tale objectum.*
Distrahens,
Non distrahens. Ex Aureolo.

DEUS *cognoscitur* viâ
Eminentiæ, tribuendo ei quicquid in rebus eminet & excellit, demptâ omni imperfectionis notâ.
Negationis, penitus removendo defectus à natura divina.
Causalitatis, ex efficentia aliísque modis causandi.

DIFFERENTIA, *dicuntur* quæ *In aliquo* conveniunt & in aliquo distinguuntur, ut homo & brutum.

DIVERSA, *dicuntur* quæ *In nullo conveniunt,* ut simplicia quæ sunt diversa seipsis, & non differunt aliquibus differentiis ex quibus componantur, ut rationalitas & irrationalitas.

DISTINCTA, dicuntur quæ *Non sunt aliquo modo eadem*, ut album & dulce, Joannes & homo.

DIFFICILE, propter
Resistentiam,
Laborem,
Inclinationem ad oppositum,

DIFFORMITAS,
Negativa, est carentia conformitatis cum aliquo objecto, quæ si accipiatur in quavis cognitione respectu rerum quas non repræsentat, est

pura negatio: si vero sumatur in cognitione, comparatione rei per eam cognitæ, sed non adæquatè & perfectè: quia scilicet non attingit omnes ejus partes, vel totam ejus cognoscibilitatem, est privatio, & hæc dicitur *Ignorantia*, qualem de qualibet re homo cujuslibet rei peritissimus habet.

Positiva, est inadæquatio cognitionis cum objecto in quod tendit, & secundum eam partem, seu gradum rei in quam tendit; qualis hæc est, Socrates non est risibilis. & hæc dicitur *Falsitas*, nam tendebatur in notitiam proprietatis. *Ex Conimbricensibus.*

DIGNITAS est propositio per se nota simpliciter, scilicet secundum se, & quoad nos, quia illius termini sunt omnibus evidentes.

DISCURSUS

Successionis, est series cognitionum sibi succedentium, absque dependentia unius ab alia; sed hic improprie dicitur, nam omnis discursus proprie est à causa, quia quatenus infert dependet.

Causalitatis, est progressio à cognitione unius ad cognitionem alterius cum dependentia unius ab alia.

DISPOSITIO,

Sumitur,

Pro modo, seu *qualitate*, ad hoc principaliter substantiæ data, ut eam quoad operationem perficiat, præsupponente tamen aliud principium accidentarium se prius: & sic est genus ad habitum & dispositionem.

Quacumque forma, subjectum efficiente: quo

quo sensu res dicitur hoc, vel illo modo disposita; id est, affecta.

Forma præparante subjectum ad ulteriorem formam, sic calor est dispositio ad formam ignis.

Dispositione propriè dicta, prout distinguitur contra habitum, & sic definitur: dispositio est qualitas bene, vel male afficiens subjectū, quæ facile abjici potest.

Ordine, & *positione*, seu *situ* partium in toto, & sic dicit aliquam speciem qualitatis, figuram nimirum, vel formam rei.

Dispositione partium corporis alicuius in loco, & sic constituit prædicamentum Situs.

Aggregatim, pro omnibus dispositionibus quæ respondēt habitibus partialibus ad quos singulæ tendunt, ex quibusquem admodum unus habitus totalis integratur: verbi gratia, scientiæ physicæ; ita ex dispositionibus prævijs simul sumptis fit aggregatum quoddam.

Divisim, pro una vel altera dispositione, quæ ad hujusmodi habitū partialē tendit.

Præparans, seu, *secundum potentiam*, quæ est in præparatione & nondum in ultimata perfectione, & actualitate, sicut scientia & virtus inchoata.

Perfecta, seu, *secundum speciem*, ut habitus scientiæ & virtutes completæ.

Corporalis, seu, *secundum locum*, quæ pertinet ad prædicamentum Situs.

In-

Intentionalis, seu *spiritualis*, sic prima tonsura respectu sacrorum ordinum.

Convertibilis, seu *necessaria* ad formam suscipiendam, est sine qua forma haberi non potest, ut calor, siccitas, et raritas respectu ignis.

Non convertibilis, seu *non necessaria*, sine qua forma haberi potest, et hoc modo character est dispositio respectu gratiæ, quia sine charactere gratia potest haberi.

DISTANTIA

Dimensiva, est propriè dicta et de genere Quantitatis, quâ unum distat ab alio dimensionaliter.

Perfectionis, est transumtivè sumpta, et transfertur ad alia, ut ad substantias separatas à materia, et universaliter ad omnia entia quæ secundùm dignitatem aut perfectionem differunt.

Formalis duplex:

- *Positiva*, quâ distant contraria.
- *Negativa* seu *privativa*, quâ distant contradictoria.

Situalis, quâ agens et passum collocantur in diversis sitibus.

Naturalis, est inter dissimiles naturas, et sic distat Deus à creaturis.

Virtualis, est quâ aliquod agens distat ab aliquo passo, quia illud agens et passum mediant aliæ virtutes, et sic dicitur, quod inter hominem generatum et solem intercedit alius generans.

Suppositalis, est quam inter duo suppositа, puta Socratem et Platonem, mediant alia suppositа, ut puta Pythagoras et Callias.

Insi-

Infinita,

Simpliciter, ex parte utriusque extremi, ut unius contradictorii ab altero.

Secundùm quid, est ex parte unius extremi. unde licet ex parte Dei ad creaturas sit infinita distantia, ex parte tamen creaturæ ad Deum finita est: ita enim se habent creaturæ, quod una est propinquior Deo, quam altera, cum una alterâ perfectior sit.

Secundùm rationem

Entis, sic major est distantia inter Deum & creaturas, quam inter intelligibile & sensibile: hæc enim differunt tantùm specie.

Cognoscibilis, sic major est distantia inter intelligibile & sensibile, quàm inter Deum & creaturas: Nam hic per divinam saltem potentiam ab illis videri potest, intellectus à sensu nequaquam. *Sic D. Bonaventura.*

Secundum

Absentiam, sic motor quanto distat per absentiam, tanto debilior est motus.

Independentiam, sic motor quanto distat per independentiam, tanto potentius movet: ut Deus, cœlum, sol, *Ex D. Bonaventura.*

DISTINCTIO secundum THOMISTAS.

Realis,

Quæ est inter rem

Et rem, existentes, ideo ejusmodi dicũtur distingui distinctione reali, realitate existẽtiæ, ut Socrates, et Socrates

Includentem aliquid reale & rem non includentem illud, idque dupliciter.

Inter rem includentem aliquid

Intrinsecè, & rem excludentem illud

lud. ut inter animal, & hominem.
Extrinsece, & rem excludentem illud, sic distinguuntur homo, & disciplinabile. subjectum & passio.
Realitate essentiæ, quomodo distinguuntur res diversæ essentialiter: quamvis sint eædem realitate existentiæ: sic albedo & dulcedo in pomo distinguuntur: sic anima, & eius potentiæ.
Respectiva, tantummodo reperitur inter personas divinas.

Rationis, vel
Ratiocinata, quæ est inter ea quæ differunt tantum nominibus definitivis, & modo significandi; ut homo & humanitas, Deus & Deitas, lignum & dolabile, unum & Ens.
Ratiocinantis seu, *rationis concipientis*, ut cũ dico, homo est homo, eadem res ratione subjecti & prædicati tantum differt.

Modalis, ut cum dico Socrates currit tarde, & Socrates nõ movetur velociter: distinguuntur distinctione modali ex D. Thoma. Sed re vera est æquivocatio in particula ly modalis, quia nõ loquitur de modo rei, sed de modo propositionis. Et distingui modali er, non est aliud quã propositionẽ habere diversum modum, sicut in exẽplo allato, alius est modus ly tarde, alius ly velociter. Ideoq; non est necessarium hinc astruere novam distinctionẽ. *Ex Aquario.*

DISTINCTIO, secundum SCOTISTAS,

Rationis, seu *collativa*, est solum per actum collativum intellectûs, ita ut non à re, sed ab intellectu præcise habeat dependentiam, & in-

& intellectu non considerante, nihil est, ut dextrum & sinistrum in columna, éstque duplex: Alia quæ

Præcise dependet ab intellectu, ita ut nihil sibi correspondeat in re, quo modo dicimus Socrates est Socrates.

Non præcise dependet ab intellectu, sed primo dependet à rebus ipsis realiter inter se distinctis; sic lapis et homo distinguuntur ratione, sed ista non est propria distinctio rationis.

Ex natura rei, quæ solũ consistit in diversis rationibus terminorum unius & indiviſæ seu indivisibilis rei circumscripto omni opere intellectus, ut superius & inferius, definitum & definitio, totum et partes, relatio et essentia in divinis: Ideo à Scoto sic definitur: *Distinctio*, ex natura rei, est inter illa de quibus duo contradictoria, sicut essentia divina est communicabilis, relatio non est cõmunicabilis, definitio est cõstitutiva, definitum non est constitutivum, sed constitutum; communicabile autem et nõn communicabile, constitutivum, & non constitutivum sunt contradictoria.

Formalis, est illa quæ cadit inter illa quorum quidditates, sive *Formalitates*, sive rationes definitivæ sunt diversæ, ut albedo à dulcedine, sapientia à justitia in divinis attributis, actio à passione, et calefactio à colore.

Realis, est illa quæ cadit inter illa quorũ quodlibet est aliqua entitas positiva et realis, & unum non ingludit alterum in ultima abstra-

ſtractione, nec aliquo modo de eo prædicari poteſt, qualis eſt inter producens & productum, cauſam & effectum.

Eſſentialis, eſt illa quæ cadit inter ea quæ per aliquam potentiam poſſunt ab invicem ſeparari, ut inter ſubſtantiam & accidens.

Subjectivè, ſeu, *ſe totis ſubjectivè*, eſt illa quæ cadit inter ea quæ ita ſe habent, quod eorum realitates ſunt diſtinctæ numero, ut Socrates et Plato.

Objectivè, ſeu, *ſe totis objectivè*, eſt illa quæ cadit inter ea quæ non in aliqua realitate cõveniunt, vel quidditativâ ratione, vel conceptu univoco & reali, ut duæ ultimæ differentiæ.

Modalis, eſt quadruplex inter

Quidditatem, & modum ejus, ut Deitas & infinitas.

Modos oppoſitos, ut inter finitum & infinitum.

Modos ejuſdem rationis, ut inter duas Hæccitates.

Modos diſparatos, ut inter infinitatem & neceſſitatem.

DISTINCTIO ſecundum alios.

Realis, invenitur in rebus ante operationem intellectus, ut inter Socratem & Platonem, éſtque

Negativa, quæ eſt inter ens et non ens.

Poſitiva, quæ eſt inter duo entia aliquo modo poſitiva.

Realitatis majoris, eſt inter rem et rem, ut inter Socratem et Platonem, inter ſubſtantiam et accidens. Appellatur diſtinctio *Realis major*, et ad illam reducitur

ducitur *Distinctio suppositalis*, seu personalis quæ est inter duo suppositа seu duo individua quæcunque.

Realitatis minoris, seu *modalis* et impropriè à quibusdam dicta *Formalis*. Reperitur inter illa quorum alterum separatim potest existere sine alio, non autem contra quod contingit in re et modo rei. Hoc modo distinguitur quantitas et figura, substantia, et existentia, Petrus et sessio ejus, item relationes et fundamenta, et ad hanc distinctionem jure reduci debet illa distinctio quæ reperitur inter duos modos: ut inter existentiam et subsistentiam.

Rationis, per intellectum quâ dissident in eodē Socrate esse prædicatum et subjectum in ista propositione, Socrates est Socrates: Rationis duplex est.

Ratiocinatæ, seu *virtualis*, cui respondet aliquod fundamentum in re, præbens occasionem intellectui ut unam rem velut duas concipiat, quo pacto se habent attributa divina. Ad hanc distinctionem reduci potest illa quæ à quibusdam appellatur. *Formalis, mutua, non mutua, reciproca, non reciproca*, quales sunt inter animal et hominē, inter hominem et rationale, inter rationale et animal. Quoniam omnes hæ distinctiones proveniunt ab intellectu cum fundamento in re propter inadæquatos conceptus.

Essentialis distinctio, est eorum quorum diversæ sunt

sunt essentiæ, et definitiones; sic communis esse potest omnibus ferè aliis distinctionibus, præsertim reali majori, minori, & rationis ratiocinatæ.

Ex natura rei distinctio, est præcisa omni operatione intellectus: ideo à quibusdam ponitur tanquam genus ad realem maiorem, et minorem. Ab aliis ponitur tanquam species *Realis* in genere sumptæ, sed sub nomine generico. Et sic eadem est cum Reali maiori. Ab aliis confunditur cum distinctione rationis ratiocinatæ: Sed inter hos omnes non est ferè dissensio in re, sed in vocabulis tantùm.

Potentialis distinctio, est inter totũ et partes, aut inter partes totius inter se actu coniunctas, ut inter oceanum et mare mediterraneum. Ab aliis reducitur ad distinctionem realem maiorem. Ab aliis ponitur tanquam species ab ea distincta: Sed fortasse non est hic maior dissentio quàm circa propriam et impropriam denominationem.

Perutile duximus sic varias clasficorum authorum sententias circa rerum distinctiones unà cum uniuscuiusq; explicatione in medium afferre, ut singulis Philosophorum sectis cùm Thomistarum tum Scotistarum et aliorum quantum in nobis est satisfieret, vel hoc nomine in primis, cum distinctionum cognitio ad omnem fere disputationem Philosophicam, et Theologicam adeo necessaria sit.

IN DIVINIS significatur
Essentia, ut *quid*.
Persona, ut *quis*.

Notio,

Notio, seu *proprietas*, ut *quo*.

DIVISIO

Per se, est vel

- *Generis in species.*
- *Totius in partes.*

Per accidens, vel est

- *Vocis æquivocæ* in sua significata, ut canis, alius piscis marinus, alius sydus cœleste.
- *Accidentis in subjecta*, ut sanorum aliud brutum, aliud homo.
- *Subjecti in accidentia*, ut animalium aliud sanum, aliud ægrum.
- *Accidentis in accidentia*, ut sanorum aliud calidum, aliud frigidum.

Materialis, seu *quantitativa*, fit per divisionem continui, & hanc sequitur *Numerus*, qui est species quantitatis.

Formalis, seu *specifica*, fit per oppositas & diversas formas, & hanc divisionem sequitur *Multitudo*, quæ non est de aliquo genere, sed de transcendentibus. *Ex Soncinate.*

DIVISIBILITAS

Physica, est cum per contactum physicum unus corpus introducitur inter partes alterius, easque seperat. Et hæc est propria quantitatis.

Metaphysica, est cum duæ partes quæ in eodem loco erãt unitæ, accipiunt esse in diversis locis, vel per impulsum distrahuntur. Et hæc est minus propria divisibilitas. *Hac Conimbricenses.*

DOMINIUM

Ut distinguitur, contra

- *Servitutem*, sic homini ex jure gentium in homines convenit.
- *Subjectionem*, sic rationi ut dominanti vires infimæ subduntur.

Despoticum, est quo dominus imperat servis, cui resistere non possunt.

Civile, est quo Princeps imperat civibus, qui resistere possunt.

Altum, quod habet Christus dominus super omnia: Ex Justitia legali, principi, vel reipublicæ in privatorum res hîc & nunc competit.

DURATIO est permansio rei in esse actuali.

Permanens,

- *Supernaturalis*, quâ durant res supernaturales, éstque
  - *Æternitas*
    - *Simpliciter*, Dei scilicet.
    - *Participata*, nempe duratio illarum rerum quæ magis participant divinum esse, ut visionis beatificæ, luminis gloriæ.
  - *Modus æternitatis*, qui est duratio reliquorum habituum & actuum supernaturalium, ut fidei, spei, charitatis.
- *Naturalis*, quâ durant res naturales, éstque
  - *Ævum*, quæ est duratio rei incorruptibilis, ut Angeli, animæ humanæ, materiæ primæ, & cœli.
  - *Modus Ævi*, qui est duratio rei corruptibilis, ut hominis, lapidis: quæ tametsi ultimò pereunt, dum persistunt partium successione carent.

Successiva, ut tempus

Præteritum.

Præsens, dicitur actu existere, non quod ejus partes cohæreant simul: sed quia ita præterfluunt, ut tamen copulentur præsenti instanti.

Fu-

Futurum.

Continuum, quod constat partibus perpetuâ vicissitudine defluentibus.

Discretum, quo mensurantur intellectiones Angelicæ, non divisim, ac singulæ per se spectatæ, sed collectim: ita ut una aliqua ipsarum aggregatio sumatur. Vocatur tempus, quia cernitur in ea prius & posterius, aliæ enim intellectiones aliis sunt priores: dicitur discretum, quia non continuè sed discretè sibi invicem succedunt.

E

EFFECTUS *Formalis*

Primarius, est esse compositi, sive substantiale, sive accidentale, ut homo animæ, homo albus albedinis.

Secundarius, est materiæ seu subjecti, huic enim formæ quidem substantiales dant esse simpliciter: accidentalis secundùm quid tantùm.

Intrinsecus, cum forma aliqua sive accidens aliquod inhæret subjecto, & quod denominat illud denominatione intrinseca.

Extrinsecus, quãdo non inhæret subjecto quod denominat, ideo denominatio talis formæ est extrinseca: sic esse locatũ à loco: sic esse agens ab actione quæ non est in agente tanquã in subjecto, sed in passo. *Hæc Capreolus.*

ELECTIO, in

Ratione, secundùm quam intellectus habet judicare quod alteri est proponendum.

Voluntate, secundùm quam voluntas habet mo-

vere, aut impellere, sive imperare de prosecutione ejus quod judicatum est.

ELEMENTUM

Logicè, sic termini sunt elementa propositionum, & principia conclusionum.

Physicè, sic ignis, aër, terra, aqua, sunt elementa.

Metaphysicè, sic quidditates superiores sunt elementa inferiorum, ut animalitas & substantia hominis.

ELICITUM

Quidditativè, est ipse actus vitalis prout essentialiter connotat potentiam unde emanat.

Denominativè, sicut actus intelligendi dicitur esse elicitus per elicitionem, in eo formaliter existentem.

Constitutivè, sicut dicimus quod verbum nostrum in quantum verbum, est elicitum: nam elicitio constituit illud in esse verbi: Verbum enim constituitur ex actu intelligendi & elicitione passiva.

Consecutive, sicut passio dicitur elicita à subjecto. *Hæc Mayronis.*

Seu productum ab agente tanquam,

- *Terminus*
  - *Factus*, ut compositum.
  - *Factionis*, ut forma compositi.

Via ad illum terminum, ut motus.

Principium immediatum viæ, ut ipsa actio quæ principium est motus.

EMANATIO *naturæ in divinis*, per modum *Intellectus*, quo modo procedit Filius à Patre.

Voluntatis, secundùm quam procedit Spiritus Sanctus à Patre, & Filio.

ENS

ENS

Reale, multifariam ſubdividitur in

1 *Illimitatum*, ut Deus.

Limitatum, ut creaturæ: & dividitur in decem prædicamenta. Et hæc eſt prima diviſio ſecundùm *Thomiſtas*

2 *Quantum.*

Non quantum. Hæc eſt prima, ſecundùm *Scotiſtas.*

3 *Finitum.*

Infinitum.

4 *Per ſe*, idque tripliciter propter

Independentiam abſolutam, quod à nullo nullatenus dependet, ſic ſolus Deus eſt ens per ſe.

Simplicitatem, ſeu *Homogeneitatem*, quod licet dependeat ab alio, tamen in ſua ratione formali nec in recto, nec in obliquo dicit res diverſorum generum, ſic entia metaphyſicalia, & mathematica ſunt entia per ſe.

Unitatem eſſentialem, quod dicit res diverſorum generum habentes ordinem neceſſarium inter ſe, ex quibus fit unum ens per ſe, ſic entia naturalia ſunt entia per ſe. *Ex Sonsinate.*

Per accidens, eſt prædicatum accidentale: ut animal juſtum, muſicum.

5 *Subſtantiam.*

Accidens.

6 *Eſſentiale*, ut homo.

Accidentale, ut homo albus.

7 *Actu.*

Potentia
Objectiva, quatenus est possibile produci ab agente
Subjectiva, seu receptiva, quatenus est possibile respectu materiæ, seu potentiæ passivæ.
8 *Absolutum.*
Relativum.
9 *Unum.*
Multa.
10 *Abstractum*, sive *immateriale.*
Non abstractum, seu *materiale.*
Sumptum
Transcendenter, est commune Deo & creaturis.
Transcendentissimè, est æquivocum quacunque æquivocatione limitata, seu transcendenti, seu Logica; seu Physica, seu Metaphysica, quia ut sic commune est ad ens reale, & ens rationis. *Ex Fontano.*
Nominaliter, significat omne id quod est, sive existit, sive nō: seu id quod habet entitatem aliquam realem, sive essentiæ tantum, sive existentiæ, ut accidens, substantia.
Verbaliter, seu *participialiter*, significat tantum id quod actu existit.
Rationis, seu *imperfectum*, seu *diminutum*, sumitur, vel
Secundum constructionem intransitivam: sic dicitur ens rationis illud quod est ipsa ratio, sive intellectus, sicut dicitur essentia albedinis id quod est ipsa albedo.

Sub-

Subjectivè, quod est subjectivè in ratione, sive sint habitus, sive actus.

Causaliter, quod causatur à ratione mediatè vel immediatè, & sic non solum ea quæ sunt in anima subjectivè, sed etiam omnia artificiata possunt dici entia rationis. *Hæc Soncinas.*

Propriè, prout distinguitur contra ens reale, & triplex est.

Relatio, intellige ficta ab intellectu.

Negatio.

Privatio. Hæc Soncinas.

Phantasiabile.

Immediatè quod propriè cadit sub phantasmate, ut res corporeæ quæ sui speciem in sensus transmittunt.

Mediatè, est cujus cognitio arguitivè, vel illativè, vel alio quocunque modo deducibilis est ex phantasmate, sive ex notitia ejus quod propriè cadit sub phantasmate, ut incorporeæ quæ sui speciem non transmittunt, sed quorum vi alienorum phantasmatum elicitur cognitio. *Hæc Argentina.*

ENUNCIATIONIS veritas pendet ab

Existentia rei sicut à primo fundamento veritatis

Actu intelligendi, sicut à proximo fundamento.

Esse intellecto, tanquã ab ultimato fundamento, sive ultima ratione fundandi.

ESSE

Reale, seu *verum.*

Diminutum, seu *possibile*, secundum Scotum, est quod res habent quatenus possibiles sunt, & distinguitur ab esse cognito secundùm illum.

Secundum quid, seu *cognitum*, seu *esse objectum*, est quod res habent in intellectu, quatenus sunt cognitæ, quale esse habent secundæ intentiones. Thomistæ, esse hoc appellant *Esse diminutum*, aliter quam Scotus appellabat.

Formale, est quod à forma accipitur, ut esse hominem ab humanitate, esse album ab albedine.

Quidditativum, seu *essentiale*, est id esse, quod dat definitio, ut esse animal, est esse quidditativum hominis.

Genericum.

Specificum.

Individuale.

Hoc aliquid sumitur dupliciter pro

Quodlibet per se subsistente, sive sit completum in specie, sive non, sicut dici solet animam humanam esse hoc aliquid.

Ens totum, quod est completum in specie: sic hic homo, hic lapis, sunt hoc aliquid, non autem anima.

Essentiæ, est ipsa essentia, seu *Natura* rei.

Existentiæ, qua res est extra causas.

Subsistentiæ, seu *esse suppositale*, est id individuale esse quod res habent contractæ ad singulares naturas, seu individua.

Inexistentiæ, qui est modus proprius existendi accidentium.

Totale, quod ex omnium partium nexu consurgit, ut hominis ex anima & corpore.

Partiale, quod ex altera tantum parte, ut esse animæ.

Simplex, quod partium est expers, vel physicarum,

rum, ut angelica vel metaphysicarum, ut Deus:
Compositū, quod ex partibus coalescit, ut homo.
Per essentiam, ut Deus.
Participationem, ut res omnes sunt per participationem divinæ essentiæ.
Naturale, habent res extra intellectum.
Ex Natura est, quod ex natura rei proficiscitur, ut propensio ad risum in homine.
Intentionale, seu *spirituale*, habent res intra intellectum.
Propositionale, quod importat compositionem prædicati cum subjecto. *Hæc Bruleser.*
Quo, est dupliciter
- *Formaliter*, sic existentia est id quo formaliter res existit:
- *Causativè*, per naturalem concomitantiam, & sic natura seu essentia rei, est id quo res existit. *Hæc Capreolus.*

Quod, est duplex, nempe quod
- *Nullo modo est ut Quo*, & hoc modo solum suppositum est, *Id quod est*, quia est ultima actualitas rei.
- *Ita est quod*, ut etiam alio respectu sit *Quo*: sic *natura & essentia* est id *quod est*: quia ipsa actuata est à forma partis, ipsa autem actuat compositionem ut *Quo*. *Hæc Capreolus.*

In alio, ut
- *Pars in toto*, seu
  - *Integrans*, ut manus in corpore humano.
  - *Physica*, ut materia in corpore naturali.
  - *Metaphysica*, ut genus & differentia in specie.
- *Totum integrale*, in suis partibus simul sumptis,

ptis, ut domus in pariete, tecto & fundamento.

Species in genere, veluti homo *in*, vel, *sub* animali.

Genus in specie, ut animal in homine.

Forma in materia, sive sit forma

Substantialis, ut anima hominis.

Accidentalis, ut albedo.

Effectus in causa efficiente, aut *motus in movente*.

Res in fine, quo pacto avarus est in divitiis, & virtus in beatitudine.

In loco, ut *vase*, aut Socrates in gymnasio, aqua in urceo.

Res in tempore.

Rex in regno.

Per accidens accidentalitate

Prædicationis, est quando prædicatum dicitur de subjecto, sed in nullo quatuor modorum dicendi *Per se*, sicut hæc, Petrus est albus.

Rei, *non prædicationis*, reperitur in omni propositione in qua prædicatur propria passio de subjecto, hæc enim prædicatur per se de subjecto, & tamen est accidens ejus.

Causalitatis, quando effectus comparatur ad causam à qua non est per se, sicut cũ dicimus album ædificat.

Conjunctionis, seu *subjecti*, quãdo sunt duæ res distinctæ quarum una accidit alteri, aut quando utrumq; accidit uni tertio, sic albedo & musicum Petro uniuntur, & sunt per accidens. *Hæc Soncinas.*

Est in Forma, causaliter. [*Com-*

Compoſito: ſubjective & formaliter. *Ex Alenſi.*

ESSENDI

Gradus, poſſunt accipi, vel per

- *Additionem*, ut quando intenditur albedo novum gradum recipiendo.
- *Tranſlationem de potentia in actum*, ut quando albedo in potentia per alterationem fit albedo in actu.
- *Cauſationem effectus formalis*, ut quando albedo in ſubjecto dat eſſe album.

Gradu, formica eſt nobilior cœlo, & quodlibet animal.

Modo, cœlum eſt nobilius quodlibet animali, quia forma cœli inſeparabilis eſt à materia.

ESSENTIALE

Conſtituens eſſentiam, ut differentiæ.

Conſequens, ut paſſiones propriæ.

Quod

- *Dicit eſſentiam rei tantùm*, ut ſpecies vel natura ſpecifica.
- *Eſt de eſſentia & conſtitutione rei*, ut materia & forma, caput & cor dicuntur eſſentialia conſtitutiva. *Hæc de Bonaventura.*

Sine quo res non poteſt (nitas.

- *Eſſe, nec intelligi eſſe*, ut unitas, veritas, bo-
- *Cogitari habere perfectum eſſe*, ut ſunt potentiæ in anima, & hoc eſt minimo modo eſſentiale. *Hæc D. Bonaventura.*

Quod in conceptu & ratione formali alterius clauditur, ſic *inhærentia aptitudinalis* poteſt dici *eſſentialis*, ſeu *eſſe de eſſentia accidentis*, quamvis non ſit, neque pars conſtituens, neque ut tota eſſentia accidentis. *Hæc Soncinas.*

EVIDENTIA

Visionis, quando res nudè & immediate cognoscitur & videtur. Hanc habet rusticus de eclipsi quam videt.

Intelligentiæ, quando res non est præsens, sed per discursum rationis cognoscitur. Hanc habet Astrologus de eclipsi quam non videt.

Objecti, est claritas & perspicuitas, quâ res ita potentiæ objicitur, ut ab ea quasi videatur: sic quæ per se nota sunt intellectui, patent, quasi præfulgente in objecto evidentiâ.

Cognitionis, est ipsa claritas perceptionis rem penetrantis.

Illativa, attenditur secundum formalem illationem Syllogisticam, & sic omnia argumenta sive vera, sive falsa habent evidentiam illativam.

Probativa, est tantùm virtute propositionis evidentis & veræ.

Ex, sumitur ut notat *Principium*

Effectivum, sic dicimus filium fieri ex patre.

Terminativum, seu *terminum à quo motus*, sic dicimus cadaver fieri ex homine.

Subjectivum, sic forma fit ex materia.

Constitutivum, sic compositum naturale fit ex materia & forma.

Privativum, ut ex calido fit frigidum.

EXISTENTIA

Realis, quam res habet à parte rei existens extra causas.

Objectiva, quam res habent prout sunt cognitæ in intellectu.

EXPULSIO

Formale, est qua una forma in subjecto producta seipsâ aliam excludit: ut albedo expellit nigredinem.

Effe-

Effectiva, est quando unum accidens agendo in subjectum alterius illud ejicit, quo pacto calor existens in igne, expellit frigus ab aqua.

Physica, fit per realem & physicam efficientiam, seu *Causalitatem*: sic frigus expellit calorem.

Demeritoria, sic peccatum expellit gratiam.

EXTENSIO

Sumitur pro

Ipsa quantitate, seu *dimensione*.

Effectu formali quantitatis.

Respectu, consequente quantitatē extensam, & ejus effectum formalem, qui respectus fundamentaliter est de genere *situs*, seu *positionis*, sed formaliter in genere Relationis.

Entitativa in eo posita est, quod res aliqua constet pluribus partibus entitatem componentibus, quarum una non sit alia: Quod videre est in substantia capitis, alia pedis, alia cæterorum membrorum.

Quantitativa, est per ordinem ad ipsum totum quantum, quâ videlicet plures illæ partes ita ordinantur inter se, ut præterquàm quod sint plures, ita affectæ existant, ut servent inter se ordinem, quo, v.g. primo loco sit caput, deinde collum, tertio pectus, &c.

Aptitudinalis in ordine ad locum, est quâ duæ partes ejusdē corporis, aut duo corpora ita se excludūt, ut necessariò vendicent diversas partes loci: quod cernitur in cujuslibet corporis partibus, alteri enim loco respondet caput, alteri pedes, &c.

Actualis in eodem loco correspondet prædictæ aptitudini: estque proprius illius actus: Duas autem

autem has ultimas extensiones diversas esse, deprehenditur in corpore Christi in Sacramento altaris existente, quod aptum cum sit ratione quantitatis locum divisibilem occupare, ab eóque omne aliud corpus excludere, actu neutrum habet, siquidem omnes partes corporis eidem puncto respondent, & in eodem spatio cum quantitate hostiæ persistunt. *Hæc Conimbricenses.*

F

FATUM

Virtualiter, est divina voluntas moderans, & disponens causas secundas ad productionem fatalium effectuum.

Formaliter, est dispositio ipsa secundarum causarum ad effectum fatalem, id est, infalibilem reducta in divinam voluntatem. *Ex Bassolio.*

FIENDI MODI sunt quinque

Transfiguratione, ut statua fusilis.

Appositione, seu *augmentatione*, ut quæ augmentantur, sicut flumina ex diversis rivis, pictura aggestu colorum.

Substractione, seu *Abstractione*, ut ex lapide figura Mercurii, sculpendo & excindendo superflua.

Compositione, ut domus.

Alteratione, ut ex aqua fit aër.

FIERI vel ESSE à voluntate

Causaliter, seu principativè, sic Socrates ædificat domum suâ voluntate.

Concomitanter, ut cum quis occidit alium ignorans esse inimicum, volens si adesset, occidere. & Filius in divinis voluntate paterna producitur concomitanter.

FINIS

FINIS

Naturalis, ut centrum rerum gravium, hominis vivere ex rationis modulo.

Supernaturalis, ut Deus.

Proportionatus, qui rei naturæ commensus est, ut virtutes respectu hominis.

Non proportionatus, ad quem comparandum non suppetunt rei vires connaturales.

Proximus, seu *minus principalis*, ut sumptio medicinæ in ægroto.

Remotus seu *principalis*, ut sanitas in eodem.

Ultimus Simpliciter, ut Deus

In genere operationum, ut beatitudo.

Consummans, est perfectio & complementum rei, ut Deus est complementum universi, & forma est perfectio materiæ.

Consumens, est ultimum cujusque rei, à quo nihil extra reperitur, ut superficies sunt fines corporis, lineæ sunt fines superficierum, corpus stellatum ultimum universi. *Ex Henrico & Media villa.*

Verus.

Apparens.

Præfixus, seu *præstitutus à voluntate. Ex Lycheto.*

Simpliciter, seu *ultimatus*, in quo operans conquiescit & sistit.

Sub fine, seu *non simpliciter. Ex D. Bonav.*

Interior, sive *finis intra*, ut loquitur *Hervæus*, sic forma est finis materiæ, item operatio est finis.

Exterior, sive *finis extra*, sic homo est finis omnium, & objectum est finis.

Operis, seu *rei operatæ*, seu *rationis operandi*, sic finis ædificii est habitatio.

Operantis, quem operans intendit.

Gene-

Generationis, seu actionis, ut forma est finis generationis, & generaliter terminus per actionem productus, ut compositum.

Reigenitæ, seu *rei factæ*, est operatio cujus gratia unumquodque esse dicitur, aut usus ad quem ipsa ordinatur.

Terminationis rei, ut punctum respectu lineæ, & instans respectu temporis

Positivus, ut in exemplis allatis.

Privativus, ut mors & corruptio.

Motionis agentis, ut sanitas ambulationis.

Intentus intentione

Primaria, est propter quem agens agit, ut sanitas.

Secundaria, est ille quo agens agit, ut ambulatio, & universim media, quatenus ferunt ad finem.

Eventus, ut inventio thesauri, nam præter finem intentum à fodiente evenit.

Objectivus, ut Deus, ab *Hervæo* dicitur *finis ut res*.

Formalis, ut est beatitudo ipsa seu visio beatifica, ab eodem dicitur *Finis ut assecutio rei*.

Subjectivus, ut homo beatus, qui est subjectum beatitudinis. *Hæc Ingen.*

Efficiendus, seu *producendus*, seu *existens potentia*, ut vult *Soncinas*, qui non existit, sed fit ab operante, ut ædificium respectu Architecti.

Obtinendus, seu *non producendus*, seu *actu existens*, ut idem *Soncinas* appellat, quia non fit ab operante, sed ante existebat; sic aurum est finis avari, item Deus finis hominis.

Cujus gratia, est cujus gratia aliquid fit: ut sanitas medicinæ.

Cui, seu ut à quibusdam appellatur, *Finis in quo*.

est

est ille in cujus gratiam expetitur *Finis cujus gratia*; sic ægrotus est finis medicinæ.

Qui, ut à *Capreolo* appellatur, seu ab *Hervæo Finis ut res*, seu *finis quod*, ut ab aliis dicitur: non fortè absque solœcismo, idem est qui *Objectivus*, & est res ipsa quæ expetitur, ut aurum respectu avari.

Quo, ut *Capreolo* appellatur, seu ut ab *Hervæo*, *Finis* ut *assecutio rei*, ab aliis *finis mediante quo*, est idem qui *Formalis*, nimirum actio ipsa quâ res possidetur. Ideo ab aliis appellatur *finis* ut *usus rei*, seu *fruitio*, seu *adeptio*, seu *possessio rei*.

In quo quiescitur, ut Charitas increata Dei.

Quo quiescitur

Simpliciter, ut Charitas creata consummata in patria, quâ simpliciter quiescimus in Deo.

Vel ut nunc, ut Charitas inchoata in via est finis quo quiescimus pro statu præsentis vitæ. *Ex D. Bonavent.*

Habet esse

Reale in rebus ipsis.

Intentionale, seu *intelligibile*, seu *objectivum*, in mente ægroti vel medici.

FORMA

Sumitur, pro

Altera parte compositi, seu *forma partis.*

Quocumque reali accidente, quæ dicitur, *forma accidentalis.*

Quacunque denominatione, etiamsi sumatur *à non ente*: sic privatio est forma rei privatæ.

Figura rei: sic figura quadrata dicitur forma tabulæ.

*Definitione,& rei natura,*seu *essentia,*quæ dicitur, *forma totius.*

Abstracta, seu *separata à materia,* seu *forma per se subsistens,* seu *immaterialis,*ut Deus & Intelligentiæ.

*Informans,*seu *forma perficiens materiam,*seu *forma intra rem,* ut forma substantialis ignis.

*Assistens,*ut intelligentiæ assistunt orbibus cœlestibus tanquam formæ.

Exemplaris, seu *forma extra rem,* seu *extrinseca,* ut idea.

Intentionalis, ut species intelligibilis.

Artificialis, ut forma lecticæ.

Accidentalis, est quodlibet accidens.

*Absoluta,*ut candor.

Relativa, ut similitudo,paternitas.

Totius, seu *forma metaphysica,* seu *Logica,* seu *forma declarans quidditatem rei,* seu *forma quæ est tota essentia,* & *natura rei,*seu *forma resultans,* ut humanitas respectu hominis, comprehendit enim animalitatem, & rationalitatem in se.

*Partis,*seu *forma physica,*seu *forma compositionis,* eadem est *cum forma informante,* & sumitur pro quacúmque parte definitionis, sive illa quæ sumitur à genere,sive illa quæ sumitur à differentiâ.

Mathematica, de qua agit Mathematicus, & est quantitas.

Corporeitatis, est coæva materiæ primæ tanquam prævia dispositio ad propriam & specificam rei formam,quod genus formæ primum Stoici invenêre & postea Avicenna,Scotus,Henricus & alii recepêre.

Par-

Partialis, seu *organica*, quales sunt illæ quas nonnulli ponunt in singulis membris corporis humani, ut cor suam partialem formam habeat, cerebrum suam: & sic de aliis: Has formas introduxerunt nonnulli Philosophi propter diversas & contrarias omnino operationes organorum, diversásque partium complexiones & temperaturas.

Qualificans, est quarta species Qualitatis. Estq; propria rerum animatarum: sic enim definitur, est decor quidam rei animatæ, ut species Priami est forma ejus.

Modificans, est circumstantia aliqua pertinens ad actum virtuosum.

A qua, est àqua effectus, ut ab agendi principio, egreditur.

Ex qua, est ex qua res constat.

Ad quam, est ad cujus similitudinem aliquid fit, & ea est.

Extrinseca, ut prototypus Regis.

Intrinseca, ut idea in mente artificis. Idea autem diversa ratione & est intrinseca & extrinseca: intrinseca respectu ejus in cujus mente inest: Extrinseca respectu ideati, seu ejus quod fit ad similitudinem illius. *Hæc Conimbricenses & Suares.*

Independens secundùm

Esse & recipi, quæ est ipsum suum esse simpliciter, quia nec accipit esse ab alia causa superiori, nec recipitur in alio, ut Deus.

Recipi, sed *dependens* secundum esse, quæ

accipit aliunde esse, & non recipitur in materia, ut Intelligentiæ.

Dependens, secundùm *esse* & *recipi*, quæ undiquaque finitatem habeat, cum esse hauriat à causa superiori, ut in materia; seu subjecto recipiatur, ut sunt formæ elementorum.

Et in eodem subjecto cum alia

Adæquatè, quando sic se habent, quod in quacumque parte subjecti est aliquid unius, in eadem est aliquid alterius, & è contra: sic albedo & dulcedo sunt in lacte.

Inadæquatè, quando in aliqua parte subjectei est aliquid unius in qua non est aliquid alterius, & è contra: sic sunt in eodem subjecto albedo & nigredo extensæ & divisæ per duas medietates continui, sunt enim in eadem superficie, sed inadæquatè: quia in aliquo puncto superficiei est aliquid albedinis in quo non est aliquid nigredinis.

Uniformiter difformis, seu *æqualiter inæqualis*, ut calor ab igne productus in aëre, qui certa lege, & tenore uniformi fit minor, & difformis quo magis ab igne agente aër distat & accedit.

Difformiter difformis, seu *inæqualiter inæqualis*, ut calor in subjectum æquè distans diversimodè impressus, prout illius partes aliter & aliter dispositæ sunt.

Dat esse ut quo, ut principium intrinsecum. *Efficiens* verò causa, *ut quod*, & ut principium extrinsecum.

FORMALITAS, est omnis ratio seu notio, qua concipitur aliquid.

FOR-

FORMALITER sumitur pro

Quidditativè, ut homo formaliter est animal rationale.

Ut distinguitur contra virtualiter: sic Sol non est formaliter calidus, sed *virtualiter*, quia vim habet efficiendi caloris: nō enim calor est in sole tanquā forma, aut qualitas inhærens subjecto.

Ratione agendi, seu *principio activo*. sic homo est *formaliter* animatus, quia habet animam quâ potest agere, sic formaliter intelligit.

Quocunque accidente inhærente: sic dicimus, homo est formaliter albus.

FUTURA

In causis suis necessariis, ut solem cras oriri.

Ut in pluribus, sicut medicus prægnoscit sanitatem infirmi.

In paucioribus, sicut casualia & fortuita.

Ad utrùmlibet, seu *æqualiter ad esse & non esse*.

G

GENERATIO

Sumitur

- *Simpliciter*, & sic propriè substantia dicitur generari.
- *Secundùm quid*, & sic accidentia dicuntur generari.
- *Pro Alteratione Prævia*, quâ disponitur materia ad formam recipiendam.
- *Ipsa introductione formæ*, quæ est in instanti.
- *Aggregato*, ex alteratione & introductione formæ, tanquam si esset unus motus.

Attribuitur, alicui

- *Subjectivè*, quod incipit esse subjectum alicujus, cujus primò non erat, & sic materia prima dicitur generari.
- *Terminativè*, quod est terminus formalis generationis, & sic forma generatur.
- *Completivè*, quod est terminus ultimus & ultimatè intentus generationis, & sic compositum propriissimè generatur.
- *Per accidens*, sic accidens dicitur congenerari ad generationem subjecti.
- *Per alterum*, ut universalia ad generationem suppositorum.
- *Per se*
  - *Propriè*, ei quod primò generatur, seu *ut quod*, & sic compositum propriè, primò per se generatur.
  - *Impropriè*, seu *ut quo*, seu *concomitativè*, sic essentia & natura, seu *esse* dicuntur generari.

Contrariorum, seu *pure dissimilium*, ut cum genitum omninò est dissimile corrupto, sicut cum fit aër ex aqua.

Disparatorum, seu *aliquo modo similium*, cum genitum est aliquo modo simile corrupto, ut cum ex albo fit rubrum. *Ex Scoto.*

Habet

Principium duplex

- *Movens non motum*, & illud est anima vegetativa.
- *Movens motum*, est calor sive spiritus.

Terminum duplicem

Totalem, seu *terminum qui*, & est ipsum suppositum quod producitur & quod subsistit.

For-

Formalem, seu *terminum quo*, & est forma quæ per generationem acquiritur, ut forma ignis.

GENUS

Physicum, est natura quædam existens à parte rei quæ cõmunis est pluribus speciebus, ut natura animalis quæ communis est homini & bruto.

Metaphysicum, est eadem natura communis pluribus quatenus est in intellectu : & habet tantum aptitudinem ut possit inesse inferioribus.

Logicum, est eadem natura communis pluribus speciebus quatenus prædicatur de suis inferioribus. Unde à Porphyrio definitur : quod est prædicabile de pluribus univocè, ut animal respectu hominis & bruti. Estque veluti secunda intentio quæ respondet generi Metaphysico, quod est veluti prima intentio.

Morale, est virtus aliqua communis pluribus virtutibus : & sic Humilitas est quoddam veluti genus ad temperantiam, justitiam, sobrietatem, & prudentiam.

IN GENERE esse

Ut principium

Extrinsecum ; productivum entitatis quæ in genere est : sic Deus dicitur esse principium omnis generis.

Intrinsecum, sic punctus est in linea, seu in Categoria Quantitatis.

Sicut res per se in recta serie, ut genera & species.

Ex Soncinate.

H

HABERE

Qualitatem aliquam, ut vitium, virtutem, scientiã.

Quantitatem, ut cubitum, ulnam.

Vestimentum, ut ea quæ circa corpus, aut circà partes corporis sunt : & iste modus constituit Prædicamentum Habitus, ut vestem, annulum.

Partes suas integrales, seu *constituentes* sicut homo habet manus & pedes, corpus et animam.

Sicut continens habet contentem, ut vas aquam.

Possessionem, ut agros, domum.

Vxorem, & hic modus improprius est: quia non dicitur quis habere uxorem, nisi eo quòd habitent simul vir & uxor. *Hæc Aristoteles.*

HABITUDO est ordo & relatio unius ad alterum, ut subjecti ad prædicatum, termini ad significatum, accidentis ad subiectum, potentiæ ad obiectum, actus ad potentiam.

HABITUS

Sumitur pro

- *Omni forma*, seu *perfectione*, quam quomodocunque habet res in seipsa. Et duplex est.
  - *Naturalis*,
  - *Adventitius.*
- *Relatione reali*, vel rationis, quâ unum aliquod relativum dicitur habere correlativum alterum, ut cùm dicitur dominus habere servum.
- *Vno ex sex prædicamentis*, & sic est habitudo quædam media inter corpus nostrum, et ea quæ illi adiacent, seu circa illud sunt.
- *Veste* vel aliquo simili indumento, quod corpori adiacet.
- *Accidentali* quadam perfectione rei naturæ sua durabili, & difficulter amissibili, quâ res bene vel male afficitur ad operationem,

nem, & sic est in prima specie Qualitatis, & distinguitur contra dispositionē.

Pro specie intelligibili, vel *quolibet lumine*, quod est principium actus secundi, et sic species ab Aristotele appellātur habitus.

Infusi, seu *supernaturales*, qui à Deo infunduntur, ut Fides, Spes, Charitas; sūntq; duplices apud Caietanum, infusi

Per se qui à solo Deo produci possunt, ut Charitas.

Per accidens, qui licet à solo Deo infundantur, vim tamen naturalium causarum non excedunt, ut scientia infusa.

Acquisiti, seu *naturales*, quæ sunt qualitates productæ ex actibus frequentibus inclinantes potentiam ad operandum.

Quiescentes,

Mobiles.

Intellectuales, qui existunt in intellectu.

Speculativi, ut scientia, intelligentia, sapiētia.

Practici, ut ars, prudentia.

Morales, qui existunt in voluntate, ideo appellantur *Appetitivi*, ut virtutes & vitia.

Scientiæ, augescit

Intensivè, quando magis perficitur & consummatur circà eandem conclusionem.

Extensivè, quando ad plures conclusiones se extendit, & sic dicitur augeri per additionem conclusionis ad conclusionem.

Nobilior alio, vel quoad

Evidentiam: Et sic Mathematicæ sunt nobiliores Theologia.

Assentiendi modum: sic Theologia est simpliciter nobilior aliis scientiis. *Ex Capreolo.*

Hæc

HÆCCEITAS, vel minus barbarè, *Hæccitas*, quia ejus additione natura communis fit hæc, est principium individuationis, & differentia quædam positiva, & primo incommunicabilis, quæ adjuncta speciei per se constituit individuum in esse individui: vel, ut definit Faber, est ultima realitas formæ seu speciei, per quam individuum fit primò & per se singulare, & hoc aliquid.

I

IDEM *sumitur*, pro *re cujus*
Essentia, vel *pars essentialis non variat*, ut Deus, cœlum.
Forma essentiali invariata, partes materiales corporis aliæ, & aliæ succedunt in eodem situ & figura, sic partes Petri jugiter per nutritionem mutantur.
Partes secundùm materiam & formam mutantur in eodem situ & figura; ut Ligeris dicitur nunc idem fluvius qui fuit ante centum annos: licet propriè loquendo forma fluvii ut sic non sit mutata. Est enim idem fluxus aquæ indesinens, prout ab eodem fonte & scaturgine emanat.

IDENTITAS
Repetitionis sit
Sub eadem voce, ut Socrates, Socrates.
Sub alia voce & eodem conceptu, ut Marcus Tullius.
Sub alia voce & conceptu, ut Socrates, homo, animal.
Indistinctionis, est cum res unius est indistincta à re alterius, sicut cùm intellectus non potest præcisè concipere circularitatem absque linea circulari. *For-*

Formalis, est relatio actualis, & requirit utrumque extremum esse formaliter unum.

Fundamentalis, est ipsum fundamentũ cui non repugnat identitas formalis ad seipsum, sic ens ut distinguitur ab uno non est idem sibi ipsi formaliter, sed tantùm fundamentaliter.

IGNORANTIA

Antecedens, quæ antecedit omnem actum voluntatis quo posſit esse voluntaria.

Causa effectus (quæ etiam vocatur *antecedens*, sed alia notione) alicujus qui ignoratur, ut si ignorem adhibitâ sufficienti diligentiâ, aliquem adesse quem occido, aliàs nullo modo occisurus.

Non causa effectus (quæ etiam *concomitans* vocatur) est conjuncta per accidens cum effectu aliquo ignorato, ita ut ipsius non sit causa : ut si ignorem aliquem adesse sufficienti adhibita diligentiâ, tamen si adesset, fuissem æquè occisurus.

Consequens, quæ sequitur actum aliquem voluntatis, quo ipsa directè vel indirectè est voluntaria.

Causa effectus (quæ etiã *antecedens* vocatur) qui si non laborasset ignorantia non fuisset secutus, est tamen interpretativè voluntarius in ignorantia, quam supponimus aliquo modo esse voluntariam, vel ob non adhibitam sufficientem diligentiam, vel ob alium modum.

Non causa effectus, (quæ *concomitans* etiam vocatur) sed per accidens illi conjuncta, eo quod æque fuisset secutus, si non laborasset ignorantiâ, ut cũ jacularis ignorans an

an ibi sit inimicus, non tamen ex illa ignorantia, sed ex proposito jacularis, ut occidas inimicum.

Culpabilis, seu *vincibilis*, quia studio ac diligentia superari potest; est culpabilis, cum est eorum quæ quis scire tenetur.

Inculpabilis, seu *invincibilis*, quæ manet post omnem diligentiam possibilem & debitam, & hæc excusat à peccato.

Affectata, cum quis affectat se ignorare ut libentiùs peccet, est voluntaria indirectè, quia non est volita in se, sed in voluntaria negligentia, vel omissione discendi.

Supina, seu *neglecta*, quæ non excusat à peccato si negligentia sit magna; ignorantia ex ea nascens dicitur Crassa, & est eorum qui ignorant Articulos Fidei, vel peccata prohibita Decalogo.

Juris, quâ ignorat aliquis quid sit statutum, præceptum, vel prohibitum aliquo jure, ut si ignoret usuram esse prohibitam.

Facti, qua factum aliquod secundum substantiâ suam, vel ejus circumstantiam ignorat quis; ut scit prohibitum esse occidere Clericum, sed nescit se occidere, vel nescit hunc esse Clericum.

Puræ negationis, est simpliciter aliquid nescire.

Privationis, est ignorare aliquid postquam scire, potuit, & tenetur scire.

Pravæ dispositionis, est tenere opiniones aliquas falsas de aliqua re.

Simplex, est nescire aliquid quod tenetur scire, facit tamen aliquid sed non sufficienter.

IMAGO

Æqualitatis, sic in divinis Filius est imago Patris,

Imitationis, sic homo est imago Dei.

Repre-

R. præsentationis, sic mundus est speculum Creatoris, non in quo se Creator, sed in quo creaturæ illum velut architectum in opere speculentur.

IMMEDIATIO

Suppositi, est cum inter agens & passum nullum aliud suppositum intercedit, quod prius in se recipiat actionem agentis, quam transmutetur in passum; sic aër est medius inter manum & ignem.

Virtutis, est quando inter agens & passum nulla virtus intercedit tanquam principium agendi; sic inter calorem et manum calefactam nihil intercedit immediatione virtutis.

Causæ, sic immediatè agit ultima causarum subordinatarum, cæteræ agunt mediante ultima.

Effectus, sic omnes causæ subordinatæ immediatè operantur, quia omnes simul idem efficiunt.

Perfectionis, sic quælibet forma substantialis immediatè ineſt materiæ: nam dispositiones ad illam viæ sunt.

Transmutationis, ut cùm plures formæ subordinatæ sibi invicem succedunt, ut in homine sunt formæ mixtionis, anima vegetativa, deinde sensitiva, et rationalis. Ex sententia multorum ultima forma non est immediatione transmutationis, sed perfectionis tantùm.

IMMOBILE *dicitur*, quod

Nullo modo potest moveri.

Cum difficultate movetur.

Non movetur, & aptum est moveri illo tempore in quo non movetur, & vocatur istud *mobile quiescens*.

IM-

IMMUTABILE

Privativè, est quod non mutatur, & tamen aptum est mutari.

Negativè, est quod non solum de facto, sed nullo etiam modo mutari potest.

Reale, est necessarium, ut corpus est immutabiliter mobile.

Complexionale, est quod non potest mutari de veritate in falsitatem, vel è converso, ut sunt propositiones æternæ veritatis.

IMPLICARE CONTRADICTIONEM.

His vocibus passim utuntur Philosophi, ut objectum omnipotentiæ divinæ significet. Deus potest quicquid non implicat aut involvit contradictionē esse à Deo: quibus non intelligitur respectus actionis ad potentiā executivam Dei de quâ agitur: sic enim sensus esset ineptus: Deum per hujusmodi potentiam posse quicquid non involvit contradictionem, à tali potentia procedere, quod est perinde ac dicere, Deum posse quicquid potest. Intelligendus est ergò in ea propositione respectus ad alia attributa & perfectiones simplices, quæ necessariò sunt in Deo, ut sit sensus, Deū posse potentiâ executivâ quicquid non involvit contradictionem procedere ab aliis attributis. Sic intelligitur Deum falsæ religioni attestari verbo vel miraculo non posse, quia hoc repugnat bonitati & veritati ipsius. Quia verò non omnia quæ implicant contradictionē dicunt respectū hujusmodi ad potentiam vel attributa Dei: Ideò generalius potest dici, illa implicare contradictionem quæ ex terminis, seu ex objecto repugnantiā involvunt. Cum enim ut aliquid fiat duo requirantur, unum ex parte agentis, alterum ex parte patientis

tientis seu objecti, ex parte illius, vis & potentia agendi, ex parte hujus non repugnantia. Primæ conditionis defectu infinita nobis fieri non possunt, etsi natura sua sint factibilia: secundæ conditionis defectu multa Deus non efficit: quod enim cum affirmatur, negatur, impossibile est: ut cum dicitur mons sine valle.

IMPOSSIBILE

Logicum, ut contradictoria esse simul vera, & hujusmodi impossibilia includunt in se contradictionem

Mathematicum, similiter includit in se contradictionem, quia omne quod est impossibile in Mathematicis est contra rationem rei formalem: hoc autem est per se impossibile.

Physicum, seu *simpliciter*, ut cum aliquid naturaliter fieri non potest.

Morale, cum res ex sua natura possibilis est, sed habet magnas difficultates, ita ut pensatis omnibus videatur impossibile: sic impossibile est omnes homines esse virtuosos, & ut dicit Aristoteles, impossibile est aleatorem mille iactibus semper iactum Veneris facere, cum tamen possit singulis separatim sumptis id facere, non tamen omnibus.

IMPOTENTIA *sumitur*, vel

Negativè, pro *non potentia*.

Privativè, pro *defectu*.

Positivè pro qualitate quâ subiectum imbecillum impotensque efficitur ad agendum, et sic est in secunda specie qualitatis.

INCLINATIO, quando res est in potentiâ *tantum recipiendi* aliud ad quod inclinatur, et

hoc

hoc modo materia inclinatur ad quamlibet formam substantialem.

Non tantum recipiendi, sed etiam agendi, & sic materia non est inclinata ad formam. Potentiæ tamen vitales suos actus & producere & recipere natæ sunt.

INCLUDITUR aliquid in alio, vel

Sicut superius in inferiori, & tale inclusum est ignobilius includente.

Sicut actus includitur in propria potentia, & perfectio in perfectibili, & sic esse includitur in essentia creaturæ; quia esse, est actualitas essentiæ, & essentia est tanquam in potentia respectu esse.

INCOMPOSSIBILE

Sub ecto, ut calidum et frigidum, sic omnes formæ substantiales sunt incompossibiles in materia, quia materia non potest actuari ab omnibus simul, sed ab una tantum.

Essentialiter, ut calor et sapor, licet enim idem possit esse calidum et sapidum, impossibile tamen est ut calor sit sapor. *Ex Hervæo & Soncin.*

INCORRUPTIBILE

Ex parte

- *Materiæ*, seu *ab extrinseco*, eo quod
  - *Non habet materiam*, at Angelus.
  - *Habet materiam*, quæ non est in potentia nisi ad unam formam, ut cœlum.
- *Formæ*, eo quod rei corruptibili per naturam inhæret aliqua dispositio, per quam totaliter à corruptione prohibetur; et hoc dicitur incorruptibile *Secundùm gloriam*, ut anima ex cujus beatitudine redundat in corpus incorruptionis dos.

Causæ

Causæ efficientis, & hoc modo in statu innocentiæ homo fuisset incorruptibilis, quia Deus homini dederat vim quandam per quam poterat corpus ab omni corruptione præservare, quandiu anima Deo subjecta mansisset. Et hæc est vis ligni vitæ.

Quod est subjectum primum transmutationis, ut materia prima.

Specie, est natura & species rerum quæ individuis pereuntibus nunquam intercidit.

Numero, seu *secundùm individuum*, ut cœli & alia entia incorruptibilia, seu ingenerabilia.

Æquivalenter, sic corpus humanum, si æternum nutriretur, & humidum radicale in perpetuũ restauraretur, esset incorruptibile per æquivalentiã, licet non videretur omnino eadem materia semper una numero: sic navis Thesei eadem duraret, si deciduas partes perpetim supplevissent Athenienses.

INDETERMINATIO

Ex Insufficientia, seu *potentialitate*, seu *defectu actualitatis*, est qua materia non habens formam est indeterminata ad actũ formæ.

Sufficientia super abundanti, seu *simpliciter*, est ex illuminatione actualitatis, & Deo competit. *Hæc Antonius Andreas & Nicolaus de Orbellis.*

Contradictionis, semper est cum contingentia & indifferentia ad alteram partem contradictionis: & competit voluntati respectu summi boni, imo & dæmonibus respectu odii Dei, & mali.

Illimitationis, seu *virtutis* vel ad *Plures* effectus disparatos producendos, ut sol

vermem & plantam, qui tamen si inveniat materiam dispositam, ita necessariò producit alterum illorum, ac si tantùm posset in alterum.

Contraria, ut voluntas potest velle & nolle.

Per Prædicationem, ut transcendentia, ens, unũ, verum: &c. sic Deus non est indeterminatus.

Perfectione, secundùm quam Deus est indeterminatus, quia omnes perfectiones in se continet.

De ineſſe ex parte cauſæ, est quâ causa est indeterminata ad agere & non agere.

Possibili, est qua causa est indeterminata ad posse agere, & posse non agere: quia nimirum potest recipere potentiam agendi vel non agendi. v. g. Aqua est indeterminata ad calefaciendum, vel non calefaciendum, homo ex se nudè spectatus est indeterminatus ad merendum cœlum, vel non merendum. *Ex Guilielmo de Rubione.*

Privativè dicta, quæ opponitur determinationi per materiam & suppositum, qua indeterminatione bonum in universali est indeterminatum, quia non exprimitur nec cujus sit bonũ nec quod sit in particulari.

Negativè dicta, quæ opponitur determinationi simpliciter dictæ, est quæ nullo modo determinari potest neque ut *Hujus*, neque ut *Hoc*, id est, neque per materiam, neq; suppositum, neque particulare aliquod, quo modo bonum increatum est indeterminatum negativè. *Hæc Henricus.*

Passivus, qualis est materia prima.

Acti-

Activa, qualis est in agente libero. *Ex Henrico.*
Privativa, qua aliquid natum aptum est determinari ab alio, ut animal à rationali & irrationali.
Negativa, qua aliquid non est aptum amplius determinari ad aliud, ut Socrates, Socrates. *Ex Henrico.*

INDIFFERENTIA

Identitatis, est inter ea quæ sunt eadem, eo modo quo sunt eadem: prout enim eadem non differunt.
Communitatis, quam habent superiora respectu inferiorum.
Receptionis, quam habet materia respectu formarum.
Actionis, quam habet agens indifferens ad hanc vel illam actionem, vel agentia naturalia ad hoc vel illud individuum producendum.
Disjunctionis, quam habent propositiones hypotheticæ disjunctivæ.

INDIVIDUATIO

Præcisamentalis, oritur ex principio individuationis, seu ex materia signata, ut voluit *D. Thomas.*
Transcendentalis, reperitur in angelis.

INDIVIDUUM

Proprium, ubi sunt propria nomina, ut Plato & Cæsar.
Demonstrativum, quod constat ex nomine demonstrativo, ut hic homo.
Vagum, quod ad unum certum mentem non dirigit, ut aliquis homo.
Suppositivum, seu ex hypothesi, eùm unum necessariò intelligitur, ut Mariæ filius, id est, Jesus.

INDIVISIBILE

Sumitur pro

| *Re incorruptibili, & infrangibili*, ut cœlum.

Minimo naturali, ut atoma.
Re non habente partem, vel *situm*, vel *positionem*, ut intellectus vel intelligentia.
Termino
Quantitatis, ut punctus in linea.
Qualitatis, ut gradus in latitudine, seu intensione caloris.
In genere
Quantitatis, seu *alteri inhærens*, seu *secundùm quantitatem*, est punctus qui est terminus continui.
Substantiæ, seu *indivisibile per se subsistens*, seu *secundùm substantiam*, & *quidditatem*, ut Deus, anima, angeli.
Secundùm
Continuitatem, quod est actu indivisum, potentiâ tamen divisibile, ut magnitudo, ideo appellatur indivisum privativum.
Speciem, quod est unum secundùm speciem; nec est amplius divisibile in plures species: ut homo.
Actum & potentiam, seu *indivisibile simpliciter*, seu *indivisibile negativum*, quod non potest dividi neque actu, nec potentiâ, ut punctum, mutatum esse, momentum. *Ex Tartareto.*
Propter
Inexistentiam mutuam, ut cum unum est in alio, sed neutrum potest existere sine alio; sic subjectum & accidens proprium, sunt indivisa.
In existentiam non mutuam, ut cùm unum est in alio, sed alterum potest existere sine alio, sic subjectum & accidens commune, sunt indivisa. *Uni-*

Unitatem constitutivam, seu *essentialem*, quando duo simul uniuntur, & per se constituunt unâ essentiâ tanquâunum ens per se sic materia et forma sunt indivisa inter se.
Ex Soncinate.

INFINITUM

Simpliciter, seu *infinitum in genere entis*, seu *infinitum entitate*, seu *essentia*, seu *perfectione*, seu *universaliter*, seu *extra genus prædicamentale*, & sic solus Deus est infinitus.

Radicale, quod Mayronis ponit in solo Deo.

Ex parte Formæ, sic etiam Deus.

Materiæ, ut quantum.

Per privationem specificæ determinationis, seu *secundùm interminabilitatem*, seu *per indeterminationem ad recipiendum*, ut materia prima.

Categorematicum, seu *actu*, tantum valet quantum *non terminatum*, ut Deus.

Syncategorematicum, seu *non tot quin plura* quod æquivalet huic orationi *aliquantum*, & *quantumlibet majus*, & tale infinitum est quadruplex;

Durationè, idque dupliciter

à *Parte post*, seu *infinitum inferius*, *non superius*, ut Angeli & anima.

à *Parte post*, & *ante*, seu *superius* & *inferius*, ut Deus.

Successione, ut motus, tempus

Divisione, seu *secundùm magnitudinem*, seu *diminutione*, seu *detractione*, ut magnitudo.

Adjectione, seu *appositione*, seu *infinitum secundùm multitudinem*, seu, *infinitum numerale*, ut numerus.

Exten.

Extensivum, quod se extendit non ad tot quin ad plura & plura in infinitum, sic valor Meritorum Christi ad minimum fuit infinitus extensivè.

Intensivum, ut si esset aliqua qualitas infinitè intensa, sicut multi existimant gravitatem peccati mortalis esse infinitam intensivè.

Quantitativum, quod congruit quantitati dimensivæ.

Virtuale, seu *formale*, seu *infinitum vigoris, virtutis, & perfectionis*, quod congruit Deo.

Negativum, quod nullo modo natum aptum est finiri, seu quod non est capax finitionis, sicut vox dicitur invisibilis.

Privativum, quod est natum quidem finiri, etiamsi actu infinitum esset, ut linea etsi infinita esset, finiri tamen semper à punctis posset.

Positivum, seu *disparatum*, seu *contrarium*, quod per naturam, seu entitatem aliquam positivam illimitatū est, ut nullo modo finiri possit, quomodò Deus est infinitus secundùm essentiam.

Per impotentiam transeuntis, sic transitus ab oriente ad occidentem, dicitur infinitus respectu nostri, quamvis ejus quantitas sit finita.

Physicum, idem quod *Quantitativum*, ut *continuum* divisibile in infinitum.

Metaphysicum, idem quod *infinitum simpliciter in genere entis*, ut Deus.

Mathematicum, ut numerus mente conceptus.

Formaliter, dicit negationem non privationē *finitatis*, sicut invisibilitas dicit negationem visus.

Fundamentaliter, est ipsa entitas cui repugnat finitas, sicut invisibile est illud quod impossibile est videri. *Hæc Gulielmus de Rubione.*

In-

INHÆRENTIA

Est proprius modus Accidentis: *adjacentia* autem est applicatio rei per se existentis ad aliam rem, & hæc convenit Substantiæ, sicut vestimentum adjacet corpori.

Positiva, est habere illum modum unionis cum subiecto quem vocamus *inhærentiam*. Hoc modo sunt in subiecto omnia accidentia realiter ab eo distincta.

Negativa est; non esse separatum à subiecto. Hoc modo sunt in subiecto ea quæ formaliter tantum seu modaliter ab eo differunt, ut relationes, & alii modi accidentarii, quorum maior est cum subiecto unitas quam per inhærẽtiam. Hæc autem non dicuntur propriè inhærere, sed initi & sustentari, ut Durandus animadvertit.

Actualis, est ipsa unio accidentis existentis cum subiecto existente.

Aptitudinalis, est ipsa dependentia, sive essentialis ordo accidentis secundùm suam quidditatem ad subiectum, à quo non actu, sed aptitudine dependet. *Ex Fanduno.*

INHÆRERE *obiecto*

Negativè, nihil aliud est, quam non considerare obiectum nec ut referibile alteri, nec ut non referibile, quatenus potest abstrahere ab utroque: Sic homo per libertatem contradictionis non volendo obiectum inhæret negativè obiecto, id est, nec illud prosequitur nec fugit.

Contrariè, est amare obiectum propter se, appretiando illud esse amabile propter se. *Ex Licheto.*

INNITI *alteri*

Sicut

- *Effectus* causæ efficientis præcipuè conservanti: Sic omnia nituntur Deo, & lumen sole, actus vitalis potentiæ, & forma educta materiæ.
- *Pars*, vel modum partis habens innititur ei cujus est pars.

Per inhærentiam, sicut accidens innititur subſtãtiæ mediatè, vel immediatè. *Ex Hervæo.*

INSTANS

Secundùm

- *Rationem mensuræ*, & sic est mensura qua mobile mensuratur.
- *Esse reale*, est ipsum mutatum esse mobilis secundum actum: dicitur enim instans respectu temporis, mutatum esse respectu motus.

Initiativum futuri.

Continuativum, præteriti & futuri.

Terminativum præteriti. *Hæc Aureolus.*

Intrinsecum, seu *primum esse rei*, quo res ita est ut immediate ante non fuerit, quod Scotus appellat *instans* per affirmationem præsẽtis & negationem præteriti. Dicitur etiam *Ultimum esse rei*, quo res ita est, ut immediate post non sit: quod Scotus appellat *Affirmationem præsentis*, & negationem futuri.

Extrinsecum, seu *ultimum non esse rei*, quo res ita nõ est ut immediate post sit, quod Scotus appellat per negationẽ præsentis & affirmationẽ futuri. *Appellatur* etiam *Primum non esse rei*, quo res ita non est, ut immediate ante fuerit, quod Scotus appellat negationem

onem præsentis & affirmationem præteriti.

Temporis

Continui, caret omnino partibus, quia raptim fluit, & immediatè post evanescit, ut mutata esse.

Discreti, & hujusmodi metitur operationes angelorum. Ex *D. Thoma*.

Nuturæ, est antegressio quædam, qua ea quæ utcunque rationem, seu modum causæ habent, vel aliis supponūtur, effectus suos, seu quasi effectus suos præeunt, quamvis omnia simul in eodem puncto indivisibili temporis esse incipiāt. Unde in uno eodēq; tēporis instanti includuntur multa naturæ instantia, ratione quorum alia priora, alia posteriora natura vocantur, v.g. Prius natura, quamvis non tempore, competit Petro esse sustantiam quam vivens, vivens quam animal, & hominem quam Petrum.

Originis, est inter Originans & Originatum, ut in divinis inter Patrem & Filium. Et instantia ista hoc ordine se habere possūt, ut in uno instanti temporis possint esse duo vel plura instantia naturæ, in uno instanti naturæ possint esse duo instantia Originis. Ex *Conimbricensibus*.

INSTRUMENTUM

Conjunctum, ut manus.

Separatum, ut baculus.

Animatum, ut minister.

Inanimatum, non habet aliquam intentionem respectu effectus, sed loco intentionis est motus quo movetur à principali agente.

INTELLECTVS

Dicitur

Intellectus, prout est
Potentia intellectiva.
Cognoscitivus absque discursu.
Ratio, prout est discursivus.

Speculativus, qui quod apprehendit non ordinat ad opus, sed ad solam veritatis considerationē.

Practicus, qui quod apprehēdit ordinat ad opus.

Passivus, dicitur ipsa imaginatio, & est materialior omnibus aliis.

Possibilis, qui omnes formas recipit universaliter.

In actu, dicitur illa species quæ est apud intellectum, id est, species intelligibilis recepta in intellectu possibili.

Speculativum, qui est compositus ex intellectu possibili, & intellectu actu.

Adeptus, est quando recipit omnes species & similitudines omnium rerum.

Agens, est ille qui facit intellectum possibilem esse in actu omnia ad quæ est impotentia, & est formalior omnibus. Hæc sex mēbra sunt ex Sententia Averrois, in quibus multa sunt contra communem sententiam Philosophorum: quia existimavit intellectum agentem esse separatum.

Abstractio

Actuationis, est deductio phantasmatis de potentia ad actum: nam ante irradiationem intellectus agentis phantasma est intelligibile in potentia, & post irradiationem est intelligibile in actu.

Depurationis, est productio speciei intelligibilis ex phantasmate.

Sepa-

Separationis, quia intellectus possibilis elicit conceptum communiorem à conceptu minus communi, ut abstrahendo à Socrate conceptum hominis, animalis, & sic usque ad conceptum transcendentem.

Specificationis, qua intellectus elicit species secundæ intentionis ex speciebus primæ intentionis; ut cum percipit naturam humanam communicari multis individuis, & vocat illam speciem.

Deductionis, qua intellectus venit in notitiam causæ per effectum, aut è contra.

Compositionis, qua intellectus ex conceptibus simplicibus format cõceptus compositos, ut homo est albus, homo est animal.

Hæc Paulus Venetus qui tamen (ut opinor) fallitur, cum membrũ hoc, quod vocat compositionis, videatur omnino repugnare abstractioni. Nec simili censura vacat penultimum membrum *Deductionis*, cum nihil affine habeat cum abstractione. Præterea quarta species quam vocat *Specificationis*, rectius diceretur *intentionalis*.

In INTELLECTU est aliquid

Subjectivè, cum in intellectu est tanquam in subjecto, sic habitus sunt in intellectu.

Objectivè

Tantum, seu *purè objectivè*, sic omnia entia quatenus sunt intellecta & cognita.

Consequenter, ut entia rationis, & secundæ intentiones.

INTELLIGIBILITAS *Sumitur*

Virtualiter, seu *causaliter*, sic arte facta sũt in intelle-

tellectu, et consilia, & hujusmodi quæ producuntur ab intellectu. *Hæc Aquarius.*

Absolutè, & sic intelligibilitas se habet ut genus, & dicitur de multis differentibus specie, ut de intellectu angelico & humano, & sic non tribuit unitatem specificam nostro intellectui.

Ut concernit modum immutandi potentiam, & sic intelligibilitas est species infima, eoque pacto unitatem specificâ confert nostro intellectui.

INTENTIO

Sumitur pro

Actu mentis, seu *pro actu voluntatis*, eaque est triplex,

Actualis, ut cum quis actu cogitat de re & fertur ad illam.

Habitualis, est cum quis frequenter intendit ac proponit se quidpiam facturum, licet nondum fecerit.

Virtualis, est cum quis ita intendit, ut operi se accinxerit, jámque illud inceperit ea animi certitudine, ac firmo proposito ut cœpta persequatur & perficiat.

Ratione, quam significat definitio.

Formalis, est ipsa intellectio; quæ duplex est.

Prima, est intellectio rei prout est á parte rei, ut hominis, arboris.

Secunda, est actio qua mens fertur in rem prout sub artem cadit, ut relatio qua concipitur Genus.

INTENTIONALE esse

Objectivum, excludendo entitatẽ realem, sic secundæ intentiones habent esse intentionale.

Repræsentativum, ordinatũ ad repræsentandũ aliquid

aliquid; sic lumen, species colorum in medio vel organo, & aliæ species habent esse intentionale, præsertim intelligibiles.

INTRINSECUM

Definitivè solum; ut punctus lineæ, & subjectū suæ propriæ passioni, quia non est de essentia ejus, sed solum ingreditur definitionem ejus.

Realiter, & *essentialiter tantum*, ut partes quantitativæ & integrales principales hominis, quia licet non ponantur in definitione ejus, tamen sunt de essentia ejus, ut caput, cor, hepar, &c.

Essentialiter, & *definitive simul*, ut genus & differentia respectu speciei, & materia & forma respectu compositi naturalis.

INVOLUNTARIUM

Simpliciter

- *Violentum*, cujus principium est extra: eo quod patitur nihil conferente, id est, repugnante per appetitum ei internum.
  - *Elicitum*, & vocatur *coactum*, reperiturque solum in hominibus, spiritibus & brutis, ut cum quis voluntate repugnante rapitur ad supplicium.
  - *Naturalem*, & est violentum à *coacto* distinctum, ut cum lapis sursum projicitur.
- Ex *Ignorantione singulorum* in quibus est actio, id est circumstantiarum, inquit *Aristoteles* 3 *Ethicorum*, ut cum quis occidit amicum putans esse inimicum.

Secundum Quid, tale est illud quod fit ex metu.

JUSTIFICATIO

Prima, est qua homo fit ex *Injusto justus*.

Secunda, est qua homo fit ex *Justo justior*.

Ju-

JUSTITIA
Distributiva,
Remunerativa.
Punitiva.
Commutativa, secundùm proportionẽ Arithmeticam suum cuique reddit: *Distributiva* verò secundum proportionem Geometricam.
Legalis, quæ residet in Republica, vel Monarcha cujus vi & authoritate effectus commutativæ & distributivæ sæpe vel inhibetur, vel suspenditur, ut in caritate annonæ ne frumentum veneat, ut distrahatur à Domino privato.

L

LATITUDO
Extensiva, est superficies, seu quæcunque alia quantitas mensurativa, & excessus in hujusmodi latitudine attenditur secundùm distantiam & situm extremorum.
Intensiva, est in perfectione rei non in quantitate continua, sic albedo quæ est in pedali nivis, æqualis extensionis est cum albedine quæ est in pedali panieris, sed non est æqualis intensionis, quia non est adeò perfecta albedo.
Hæc Soncinas.
LIBERTAS
Sumitur ut opponitur
Servituti
Culpæ, seu *peccati & legis veteris,* & hæc est libertas gratiæ.
Pœnæ, quæ est libertas gloriæ.
Miseriæ, quæ est etiam libertas gloriæ.
Necessitati.

Cui-

Coactioni.

A necessitate, seu *à natura*, seu *à naturali determinatione*, seu *ab immutabilitate*, seu ut appellatur à *Rada*, *Libertas essentialis*, seu *formalis*, seu *oppositionis* ut appellat *Ingen*, seu *contingentia* seu *indifferentiæ*, definitur à Durando quædam indifferentia vel contingentia ad utrúmque oppositorum, id est facultas agendi, & non agendi contrarium, ideo dividitur in libertatem contrarietatis & contradictionis.

A coactione, seu *à violentia*, quam similiter definivit Durandus esse eam, qua quis non potest violentari ad faciendum aliquod vel patiendum contra naturalem inclinationē: Convenit Intellectui & brutis, quia spōte actus suos edunt.

Contradictionis, seu *quoad exercitium*, est ad contradictorios actus, ut velle, & non velle; quamvis non velle non sit proprie actus, sed cujúsvis actus privatio & suspensio.

Contrarietatis, seu *quoad specificationem*, versatur inter duos actus contrarios & positivos respectu alicujus objecti, ut velle & nolle, aut ex duobus propositis unā eligere præ alio.

Ordinationis

Servilis, quando quis ordinatè agendo primaria intentione agit gratiâ alterius.

Finalis; quando agit gratiâ sui ipsius, idq; cū requisita deliberatione & cōsilio. *Hæc Ing.*

Complacentiæ, qua voluntas complacet sibi in aliquo, *Ex Rada.*

Expedientiæ, seu *consilii*, ad faciendum quod expedit. *Hoc Mediavilla.*

Sumi-

LIBERUM ARBITRIUM, *liberum est*

Ab aliquo, libertate

- *A necessitate determinante*. Hæc maxime convenit libero arbitrio.
- *A culpa inclinante*, seu à *peccato*.
- *A miseria impellente*.

Ad aliquid, libertate

- *Arbitrii*, ad faciendum id quod licet.
- *Consilii*, ad faciendum id quod expedit.
- *Complaciti*, ad faciendum id quod libet. *Hæc Media villa.*

LOCUS

Sumitur pro

- *Spatio*, quod corpus locatum replet.
- *Superficie extrema*, corporis continentis ambiente locatum.
- *Præsentia rei ad locum*, seu pro *ubi*.
- *Spatio imaginario*.
- *Loco topico*, unde eruitur argumentum.

Communis, est qui cum alio corpore continet alia, vel aliquid aliud, sic cœlum est locus communis aëris,

Proprius, est qui nihil aliud continet quã corpus cujus est locus, sic ignis est locus aëris; dicitur etiam locus *originis*.

Materialis, est corpus continens locatum, & sic elementa superiora continent inferiora tanquam locus, & cœlum dicitur locus elementorum.

Formalis, seu *mathematicus*, est tantum ultima superficies corporis continentis, & differt à loco physico, quia *formalis* abstrahit à virtute, seu qualitate conservativa locati, quam physicus essentialiter includit.

Efficiens

Efficiens, est virtus conservativa locati existens in superficie locantis. Distinguitur autem à loco formali, quia formalis dicit tantum superficiem formaliter: Hic autem formaliter dicit virtutem conservativam in superficie: et sic distinguitur à loco physico, quia physicus includit et superficiem et virtutem conservativam.

Finalis, est id propter quod alia dicuntur naturaliter locari, ut centrum mundi. Ex *Paulo Veneto*.

Externus, seu *physicus*, seu *qui*, est superficies immobilis affecta quibusdam qualitatibus ad tuenda corpora sua locata idoneis: Immobilitas autem ista accipienda est per habitudinem, vel immutabilem distantiam ad centrum & Polos mundi, quatenus ii fixi sunt & immobiles termini universi. Ex *Conimbricensibus*.

Internus, est *ubi*, seu *modus corporis in loco constituti*, tametsi contendant Philosophi, utrum *ubi* sit modus rei intrinsecus an extrinsecus: sed utcunque sit, *ubi* non malè dici potest locus internus locati: præcipuè si accipiatur pro fundamento relationis quæ inde exoritur, non pro relatione ipsa formali.

Qui, idem est qui *physicus*.

Quo, est illud per respectum ad quod aliquid in mundo naturaliter situatur; sic centrum mundi dicitur esse locus elementorum, & sphærarum cœlestium.

In Actu

Primo, potest esse sine locato, quia saltem virtute divina potest esse vacuum, & conservari corpus continens in suâ superficie & lateribus distantibus seipsis, & non per ali-

quid positivum medium interjacens.

Secundo, non potest esse sine locato, quia non potest esse locars vel locale in actu sine locato. *Ex Paulo Veneto.*

In Loco *esse*

Commensurativè, seu *dimensivè*, *circumscriptivè*, *occupativè*, *quantitativè*, seu *continuè*, cum partes loci cõmensurantur partibus locati, ita ut partes loci respondeãt partibus locati, & sic proprie accipiuntur voces istæ, & solis corporibus convenit sic esse in loco.

Definitivè, seu *terminativè*, seu *determinatè*, seu *præsentialiter*, seu *indistanter* est ita existere in loco, ut pars loci nõ respõdet parti locati, sed sit tota in toto, & tota in qualibet parte, ita tamen ut non sit extra illum locum in aliis locis; *&* hic modus *si propriè accipiatur*, ut definitus est, convenit tantum substantiis immaterialibus, ut Angelis: esse enim *Definitivè in loco*, nihil aliud est quam esse in aliqua re præsentialiter & indistanter, sine occupatione spatii.

Repletivè seu *immensivè*, seu *impletivè* ut loquuntur *Ingen & Hugo*, seu *superexcedenter*, seu *conservativè*, seu *attinctivè*, ut vult *Argentina*, Juxta illud Sapientiæ 7. attingit Deus ubique, seu *manifestivè*, secundum *Fandunum*, propter manifestationem eminentem virtutis. Dicitur Deus omnibus hisce modis esse in loco.

Sacramentaliter, ut corpus Christi in Sacramento Eucharistiæ, nec ullum aliud simile exemplum dari potest, quod nequit dici esse definitive, quia sicut est in hostia, ita & extra illam in se moto altari.

Com-

Comparatè, seu *metaphoricè*; ut accidens quod comparatione subjecti corporis est in eodem loco cum corpore cui ineſt.

Secundùm

- *Subſtantiam.*
- *Operationem*, seu *ſecundùm virtutem*, seu
  - *contactum virtutis*, quo modo ſecundum D. Thomam Angelus est in loco. *Ex Gabriele Biel.*
- *Formam*, ſic anima est in loco, quia est forma corporis, quod est in loco.
- *Situm*, ſicut punctus est in loco.
- *Contactum mathematicum*, ſicut cœlum est in loco.
- *Actum.*
- *Potentiam.*

Per Eſſentiam, & ſic Deus est ubique: quia omnia *Pervadit.*

Præſentiam, & ſic Deus est ubique: quia omnia *Pervidet.*

Potentiam, & ſic Deus est ubique: quia omnia *Peragit.*

LOGICA

Utens, ſeu *cum rebus concreta* non ſeparatur à rebus aliarum Scientiarũ, ſed illis identificatur.

Docens, ſeu *à rebus avulſa*, ab aliarum Scientiarum materia ſejuncta est, & nudas differendi formas per ſe contemplatur, & præſcribit. Eſtque modus ſeu inſtrumentum ſcientiarum.

L Y, est terminus denotans ſuppoſitionem ſeu acceptionem materialem. *Ex Aureolo.*

M

MAGIS & MINUS ſuſcipit aliquid
Materialiter idque vel
- *Subjectivè*, ut materia, & ſic una ſubſtantia eſt major altera ratione entitatis materialis, qua duæ guttæ aquæ unam excedunt.
- *Extenſivè*, & ſic quantitas quodammodo dicitur ſuſcipere magis & minus, datur enim major linea, majus corpus, &c.

Formaliter, aut
- *Per ſe*, ut ſola qualitas in concreto, ut magis vel minus album: Ex Ariſtotele enim qualitati id proprium eſt.
- *Per accidens*, ut actio & paſſio ratione quantitatis: Nam ferrum candens uſtionem ob denſitatem fortius imprimit.

MAGNUM ex parte
- *Modi agentis*, ut creatio qua ex nihilo aliquid fit.
- *Magnitudinis rei quæ fit*, ut juſtificatio impii, quæ terminatur ad bonum divinæ participationis, eſt majus opus, quã creatio cœli & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis; ſic Incarnatio eſt etiam opus majus creatione.

MATERIA
Sumitur pro
- *Altera parte ſubſtantiæ*, quæ recipit formam & cum qua facit compoſitum.
- *Eo, Ex quo aliquid fit*, quomodocumque, ut panis ex farina.
- *In quod artifex* introducit formam, ut lignum eſt materia artis lignariæ.
- *In quo*, ſeu *circa quod aliqua res verſatur*,

ut

ut oratio est materia Grammaticæ; Et hoc est idem quod objectum.

Considerari potest, vel quoad

Essentiam suam, & sic est pura potentia.

Esse Actuale, quod cõmunicatur sibi à forma.

Distinctum in partes ejusdem rationis, Primum esse habet à se, Secundum à formâ formaliter, effectivè autem à generante, Tertium habet à quantitate. *Ex Soncin.*

In qua, seu *inhæsionis*, est subjectum recipiens in se aliquod accidens.

Ex qua, est illa ex qua cum forma constituitur compositum, estque

Transiens, sex *externa*, sic lignum est materia ex quâ fit ignis, sed extrinseca.

Manens, seu *interna*, est propria cujusq; rei materia quæ cum forma constituit essentiam rei, tanquam principium intrinsecum.

Partim manens, partim transiens, Manens quidem secundùm materiam, sed trãsiens secundùm formam: sic res fiunt ex Elementis, quorum formæ non manent actu in mixtis, sed virtute.

Prima, respectu futuræ formæ, seu *per* negationem prioris & respectum ad secundam. Estque

Primo prima, quæ caret omni forma speciali & completa: Stat tamen sub forma corporeitatis quæ est materiæ coæterna, secundum Albertum.

Secundo prima; quæ est prima in genere & primum subjectum rerum

naturalium, ſed hæc communiter à Philoſophis appellatur.

Secunda, reſpectu formæ præſentis, ſeu quæ prius ſubjectum ſupponit, ſeu quæ affecta eſt diſpoſitionibus accidentalibus, ſic elementa ſunt materia mixtorum.

Materia prima, abſolute, eo quod formæ ſubſtantiales immediate inhæreant in materia prima, & forma illa coporeitatis cæva materiæ è Lyceo jam pridem exulare cœperit.

Circa quam eſt objectum, ſeu ſubjectum habitus aut potentiæ alicujus circa quod verſatur, ſic corpus naturale eſt ſubjectum, ſeu materia circa quam verſatur Phyſica: ſic color objectum viſus.

Compoſitionis, ut lapides reſpectu domus.

Alterationis, ſeu *tranſmutationis*, ut farina reſpectu panis.

Compoſitionis & *alterationis* ſimul, ut elementa reſpectu mixti, acetum & mel reſpectu oxymelis.

Communis, ut caro, oſſa.

Signata, ſeu *individualis*, ſeu *particularis*, ut hæ carnes, hæc oſſa, & eſt materia, quatenus determinata eſt per quantitatem ad certam aliquam formam in particulari recipiendam. Hujus autem materiæ ſingularis duplex eſt unitas.

Propria & *intrinſeca*, & *eſſentialis*, quam materia ex ſe ſibi vendicat, in eo etiam naturæ momento quo formam antecedit; eum enim ſit ens aliquod, ei convenit unitas.

Adventitia, ſeu *extrinſeca*, eſt quæ ipſi ex formis quas induit advenire conſuevit, ſicut

ficut enim cum ab illis informatur & perficitur, aliquod ab eis esse mutuatur: Ita & aliquam entitatem, sed ea est duplex.

Substantialis, à forma substantiali.

Accidentalis, à forma accidentali.

Substantialis, ut materia prima.

Accidentalis, ut subjectum respectu accidentiũ.

Simplex, ut materia prima.

Composita, ut elementa quæ sunt composita ex forma & materia.

Physica, quæ est propriè & simpliciter materia.

Metaphysica, quam quidam Logicam vocant; Est genus respectu differentiæ, sed dicitur materia analogicè tantum; Analogia autem in hoc cõsistit, quod genus sit indifferens, differentia determinans, quia forma substãtialis dum adjungitur materiæ facit unum per se. Genus autem & differentiæ eodem modo sese ad invicem habent. In eo differunt 1. quod materia non sit tota in singulis: genus contra. 2. eadem numero materia suscipit successivè plures formas oppositas; eadem numero natura generica. v. g. animalitas Petri non suscipit plures differentias. 3. Materia & forma realiter distinguuntur, realem compositionem faciunt, non autem genus & differentia.

Sensibilis, est materia prima non nudè sumpta: sed ut est affecta accidentibus sensibilibus, scilicet calido & frigido, duro, molli, & hujusmodi. Idque vel in

Particulari, seu *singulari*.

Communi, seu *universali*.

Intelligibilis, est quantitas continua, quæ ideo

teria appellatur: quia ut per materiam ſenſibilem inſunt accidentia in toto, ita per quantitatẽ inſunt in materia ſenſibili. Intelligibilis autem vocatur, quia per ſe ab intellectu tantum percipitur, licet ſimul cum aliis qualitatibus etiam cadat ſub ſenſum. Materia prima, prout ſoli quantitati ſubeſt, dicitur etiam materia intelligibilis, quia per rationem intellectualem abſtracta eſt à motu.

Partis.

Totius.

MAXIMUM *Quod ſic*, eſt internus *Terminus magnitudinis*, Sub quo res ſalva poteſt conſiſtere.

MINIMUM *Quod non*, eſt externus *Terminus magnitudinis*, Sub quo res ſalva nõ poteſt conſiſtere.

Rerum naturalium.

MINIMUM *Quod ſic*, eſt internus *Terminus parvitatis*, Sub quo res ſalva poteſt conſiſtere, ſeu quem poteſt obtinere.

MAXIMUM *Quod non*, eſt externus *Terminus parvitatis*, Sub quo non poteſt conſiſtere.

MEDIUM

Per Participationem, ſeu *ſecundùm formam*, ex *Ianduno*, ſeu *ſecundum reſultationem*, ſeu *medium formæ*, ſic rubedo eſt medium inter album & nigrum.

Negationem utriuſq; extremi, ſeu *ſecundùm privationem*, ſeu privativum. *Ex Janduno*, ſic lapis non eſt cœcus nec videns.

Rei, quod æqualiter influit aliis partibus, ut in homine cor eſt medium rei, quia æqualiter omnibus partibus corporis ſecundũ exigentiam cujuſque membri influit calorem.

Magnitudinis, ſeu *medium poſitivè*, quod æqualiter,

liter distat ab extremis, ut punctus est medium circuli, sic autem cor non est medium magnitudinis, quia plus declinat sursum, & in sinistrum, quam deorsum & ad dextram.

Temporis, sic Catulus ante nonum diem mediat inter visum & cœcitatem.

Naturæ, seu *secundum naturam*, seu *ex natura rei*, sic sunt colores medii respectu albedinis & nigredinis.

Morale, seu *secundùm rationem*, seu *metaphoricè*, quo pacto virtus dicitur esse in medio.

Imaginationis, seu *secundùm imaginationem*.

Ex Bassolio. Quod plus distat ab extremis quam extrema à se invicem, sicut, inquit, operatio est tale medium: inter objectum & potentiam, quia secundùm illum & reliquos Scotistas potentiæ animæ sunt idem realiter cũ ipsa animæ substantia: ita ut objectum & potentia sint in genere substantiæ, operatio autem est accidens, plus autem distat accidens à substantia, quam una substantia ab alia, aut ab eo cum quo est idem realiter.

In Essendo, quod secundũ esse absolute mediat inter duo, ut tepidum inter calidum & frigidũ.

Causando, quod mediat inter causam & effectum tanquam immediatum causans effectum, sic homo generans est medius inter solem & hominem generatum.

Prædicando, seu *secundùm comparationem* quod de alio, & de quo aliud prædicatur; sic species subalternæ sunt mediæ inter genera generalissima, & speciem specialissimam.

Efficiens.

Di-

Disponens. D. Bonaventura.
Essentiæ.
Intelligentiæ. D. Bonaventura.
Sufficientiæ.
Excellentiæ. D. Bonaventura.
Secundùm
Dignitatem naturæ.
Causalitatem influentiæ. D. Bonaventura.

Congruentiæ, sic pulchritudo facit ad decentem conjunctionem matrimonii. *Ex Bonaventura.*

Necessitatis, sine quo conjunctio extremorum esse non potest, sicut lumen conjungitur aëri mediante diaphaneitate.

Colligantiæ, seu *interpositionis*, sic clavus colligans duas tabulas, sic annuli catenarum uniuntur inter se, ut vult Bonaventura.

Dispositionis seu *actionis*, seu *perfectivæ.*

Præsuppositionis, sic quantitas mediat inter formam substantialem, & materiam, forma enim substantialis ad sui introductionem requirit & præsupponit materiam quantam.

Arithmeticum, quod æqualiter excedit numerũ minorem & exceditur à majori secundum excessum quantitatis, non secundum proportionem; sic Senarius ternarium ternariò excedit, & exceditur à novem, ternariò: non autem secundum eandem proportionem, quia proportio sex ad tria est proportio dupla, ad novem autem est proportio sesquialtera, ideo medium arithmeticum non constituit proportionem propriè dictam, sed tantum impropriè.

Geometricum, cum unum exceditur ab alio secundùm eandem proportionem (quæ sit proportio propriè dicta) secundum quam excedit,

sic

sic sex excedunt tria in proportione dupla, & exceduntur à duodecim in eadē proportione dupla. Ideò medium hoc constituit veram proportionem & propriè dictam.

Harmonicum, seu *musicum*, cum medium secundum proportionem non secundum quantitatem excedit differentiam, quæ est inter ipsum & minus extremum, secundum eandem proportionem (inquam) qua majus extremum excedit minus. Sic ternarius est medium inter duo & sex, quia ternarius excedit differentiam quæ est inter ipsum & duo nimirum unitatem, secundum eandem proportionem qua sex excedunt duo per triplam nimirum, non autem excedit secundum quantitatem, quia inter duo et sex intersunt quatuor unitates, inter unum autem et tria tantum duæ; et ideo medium harmonicum compositum est ex medio Arithmetico simul et Geometrico, sicut docent Mathematici in 5. Euclidis. *Ex Boetio.*

Quod, seu *Medium suppositi*, quando suppositum aliquod intermediat inter agens et patiens, quod prius recipiat in se actionem agentis quam perveniat ad passum, sic aër mediat inter ignem et manum.

Quo, seu *medium mediatione virtutis*, est virtus seu forma aliqua in agente quo agit, sic calor est medius inter ignem et aërem calefactum. *Ex Gabriele Biel.*

In quod, est forma prius acquisita, sic forma embryonis est forma media respectu formæ animalis.

Per quod, est transitio ad formam, seu motus per quem acquiritur forma.

Quo,

Quo, ut species impressa.

Sub quo, ut lux seu lumen in aëre.

In quo, ut speculum. *Hæc Capreolus.*

MENSURA

Activa, seu *mensurans*, est quæ apta est mensurare aliud, sic unitas mensurat numerum, ulna pannum.

Passiva, seu *mensurata*, seu *formalis*, ut à nonnullis appellatur; est quæ mensuratur ab alio.

Intrinseca, mensurat rem intrinsecè, seu inexistit in re quomodo libet, sic unitas est mensura intrinseca numeri, quia licet non sit pars numeri propriè dicta, tamen est principiū numeri, & aliquomodo existit in numero.

Extrinseca, non est in mensurato, éstq; duplex;

Fluens, ut tempus quod est mensura extrinseca motus & actionum humanarum.

Manens, ut locus, est enim extrinsecus locato & immobilis: *Sed vel*, si est modus intrinsecus locati: ut multi volunt, esset mensura intrinseca, non extrinseca, quia existeret intrinsecè aliquo modo in locato.

Proportionata, seu *homogenea mensuratis*, est ejusdem rationis cum illis, sic quantitas mensurat quantitatem.

Improportionata, seu *heterogenea*, quando mensura non est ejusdem denominationis cum mensuratis, sed excedit illa in dignitate & perfectione naturæ: sic substantia excedit & mensurat accidentia, homo cætera animalia, albedo cæteros colores.

Eminens, propria est Dei qui continet in se eminenter omnem perfectionem creaturarum.

Excedens, propter perfectionem, sic Deus est mensura

ſura creaturarum, ſic homo reliquorum animalium.

Æqualis per adæquationem, ſeu *determinationem*, ſeu *per applicationem* æquale.

Deficiens, ſeu *exceſſa per replicationem*, ſic una hora ſæpius replicata poteſt dimetiri totum diē.

Perfectionis, ſeu *quidditativa*, ſeu *per continentiam virtualem*, ſic perfectiſſima ſpecies cujuſlibet generis dicitur, menſurare cæteras, ut albedo cæteros colores, perfectiſſimus angelorum cæteros inferiores, ſicut Idea Platonica cæteros homines.

Extenſionis, duplex eſt, per
- *Repetitionem*, ſeu *per replicationem*, ſicut pars aliquota alicujus numeri aliquoties ſumpta menſurat totum.
- *Accommodationem*, ſic ſtadium eſt menſura viæ adæquatæ. *Ex Brulæo.*

Multitudinis, & *numeri*, ut unitas.

Durationis, ſeu menſura quæ duratio, ut tempus eſt menſura motus; eſt vel
- *Realis ut*
  - *Æternitas.*
  - *Ævum.*
  - *Tempus.*
    - *Continuum.*
    - *Diſcretum*, quo menſurantur intellectiones angelorum.
  - *Inſtans*, temporis
    - *Fluentis*, quo menſurantur actiones inſtantaneæ.
    - *Permanentis*, quo menſurantur intellectiones humanæ. *Ex Soncinate.*

Ima-

Imaginaria secundum instans,
Naturæ, sic subjectum præcedit passiones, & partes totum.
Naturalis intelligentiæ, quo mensurâtur quidditates secundùm quod una nata est apta intelligi sine alia, ut relativa sunt simul naturâ, secundùm instantia naturalis intelligentiæ.
Originis, secundùm quam mensuram principium antecedit principiatum prioritate originis. *Hæc Canonicus.*

Causationis, ut scibile est causa & mensura scientiæ.

Coordinationis, quod primum in unoquoque genere est mensura aliorum, secundum coordinationem aliquam, vel in dignitate.

Innotescentiæ, ut per ulnam cognoscimus quantitatem panni. *Ex Canonico.*

Humanorum actuum.
Proxima, & *homogenea*, est ratio recta.
Suprema, & *excedens*, est Deus, seu voluntas Divina, seu potius ratio æterna.

MERITORIUM

Antecedenter, seu *dispositivè* & *conditionaliter*, ut habere gratiam & usum liberi arbitrii, Conditionaliter respectu liberi arbitrii seorsum sumpti: Antecedenter et dispositivè sumpti cum et gratia.

Formaliter, et *Essentialiter*, sic actus voluntatis dicitur meritorius assistente gratia.

Affectivè, seu *Consecutive*, quod est à merito formali et essentiali causatum, et sic dare Eleemosynam est meritorium, et universaliter omnes operationes imperatæ à voluntate, quæ

quæ fiunt secundū legem divinam. *Hæc Holckot.*

MIRUM *quoad*

Substantiam facti, ut duo corpora sint simul in eodem loco, quod sol retrocedat.

Subjectum, seu *modum facti*, ut resuscitatio mortuorum, illuminatio cœcorum; potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo, et præstare visum, sed non in cœco.

Modum, et *ordinem faciendi*, ut cum aliquis subito per divinam virtutem febre curatur, absque curatione et consueto naturæ cursu. Videtur coincidere cum secundo.

MOBILE, *Potest aliquid esse intrinsecum* vel *secundùm*

Substantiam, et *esse*, ut forma substantialis.

Appropriationem virtutis, et sic intelligentia quæ movet cœlum est illi intrinseca.

MODUS

Sumitur pro

Differentiis dividentibus genus, quæ ideo dicuntur modi, quia naturam generis quæ ex se communis est pluribus, differentiæ determinant ad suas quæque species: et hæc acceptio est satis bona, sed amplior quam præ se fert usus.

Eo quod

Quomodocunq; aliud determinat, aut *afficit*, sic omnia accidētia dicūtur modi Substātiæ, sed acceptio ista est etiā satis ampla.

Ex se nullam entitam positivam addit subjecto, illud tamē aliquo modo afficit: quales sūt figura in quantitate, sessio in Petro, existentia, subsistentia, finitas in creatura, actus, potentia, contingentia, necessitas et ejus-

ejusmodi. Et commune est omnibus hisce modis quod subjectum possit existere, seu intelligi absque illis, illi autem nequaquam sine subjecto. Et hæc acceptio est maxime propria.

Substantialis, qui substantiam immediate afficit, ideoque reductivè ponitur in Categoria Substantiæ, ut substantia, unio substantialis præsertim hypostatica Christi Domini.

Accidentalis, qui accidens primo afficit, & mediante accidente substantiam: sic figura in quantitate, intensio, remissio in qualitate, & inhærentia in accidente.

Intrinsecus, seu, *ut gradus intrinsecus*, qui additus alteri non variat rationẽ formalem constituti per ipsum, nec est remotus ab illo propter quod *Intrinsecus* dicitur, ut distinguatur ab aliis modis accidẽtariisqui removeri possunt. Per rationem autem formalem intelligunt Scotistæ definitionem, & naturam quæ non sit alia per additionem modi intrinseci. Nam non aliter definitur candor, quatuor graduum, quam quinq; graduum, nec homo existens, quam non existens. *Ex Scoto.*

Intrinsecus, est omne accidens afficiens aliquo modo substantiam.

MOTOR

Immobilis & movens: ut Deus.

Movens & motus: ut causæ secundæ.

MOTUS

Sumitur pro

Termino ad quem, à quo non differt, nisi ut imperfectum à perfecto.

Fluxu continuo, quo mobile tendit ad ulteriorem perfectionem. *Du-*

Duratione transmutationis continuæ, cujus mensura est tempus.

Reperitur

Effectivè, in Deo & intelligentiis.

Subjectivè, in corporibus.

Terminativè, in formis quæ terminant motum ipsum. *Ex Antonio Andrea.*

Acquisitus, ut dealbatio est motus quo acquiritur albedo in subjecto.

Deperditivus, quo aliquid deperditur: ut per diminutionem deperditur major quantitas.

Perfectivus, sicut sunt intellectiones & volitiones in homine.

Corruptivus, quo aliqua forma corrumpitur, sic propriè corruptio est motus corruptivus.

Naturalis, seu *physicus.*

Animalis, sicut motus appetitus sensitivi in homine, quos propriè appellant *passiones*: & sunt numero undecim.

Voluntatis

Primò primus, qui subito & inopinanter ante omnem rationis considerationem in voluntate exoritur, quem voluntas reprimere non potest, eo quod motus illi proveniant ex naturali dispositione & complexione, & usum rationis prævenire soleant. Ideo tales motus neque sunt in genere peccati mortalis, nec venialis.

Secundò primus, qui motui primò primo statim succedit, quem voluntas reprimere potest si diligenter advertat: Ideo tales motus habent rationem peccati, non mortalis, sed venialis tantum, propter imperfectam rationis deliberationem.

Deliberatum, qui fit poſt perfectum rationis uſum & advertentiam. Ideoq; ſi fit circa objectum illicitum & prohibitum à lege divina, habet rationem peccati mortalis.

Species ſex:

Generatio, quæ terminatur *ad ſubſtantiam*.
Corruptio, quæ terminatur *ad ſubſtantiam*.
Augmentatio, quæ terminatur *ad quantitatem*.
Diminutio, quæ terminatur *ad quantitatem*.
Alteratio, quæ terminatur *ad qualitatem*.
Latio, ſeu *motus localis*, qui terminatur ad *ubi*, eſtque vel
  Rectus, à centro ad circumferentiam, vel è contra.
  Circularis, circa centum.
  Mixtus, circa centrum, ſed per *elicem*, ſeu *volutam*.
  Ab intrinſeco.
  Ab extrinſeco.
    Pulſio, quæ duplex eſt.
      Impulſio.
      Expulſio.
    Tractio.
    Vectio.
    Vertigo, quæ eſt motus compoſitus ex pulſu & tractu.

Uniformis, ſeu, *regularis*, quoad
  Tempus, eſt ille in quo inæquali parte temporis ſpatiũ æquale acquiritur, talis eſt motus cujuſlibet puncti primi mobilis.
  Subjectum, eſt quo quælibet pars æquè velociter movetur cũ ſuo toto, talis eſt motus gravium & levium, & cujuſlibet circuli primi mobilis

Uni-

Vniformiter difformis, quoad
- *Tempus*, est quo acquiritur spatiũ uniformiter difformiter à puncto velocissimo moto, talis est motus primi mobilis; quo enim partes ab æquatore, qui celerrimè movetur, plus minúsve recedũt, eo plus minúsve juxta rationem illius recessus moventur.
- *Subjectum*, est quo partes mobilis invicem uniformiter difformiter moventur, talis est motus primi mobilis. *Ex Paulo Veneto.*

Divisibilis ad divisionem.
- *Mobilis.*
- *Temporis.*

MOVENS
- *Per se primo*, ut medicus sanat ægrotum.
- *Per accidens*, ut musicus sanat.
- *Secundùm partes*, ut homo percutit, quia manus percutit.
- *Per aliud quod utitur instrumentis*, ut anima potentiis suis: faber dolabra, ascia, securi.

MOVETUR aliquid
Per accidens
- *Quia*
  - *Movetur in alio cujus nec est pars, nec accidens*, sic homo in navi movetur per accidens ad motum navis.
  - *Movetur ad motum alicujus cujus est pars*, & sic pars movetur per accidens ad motum totius.
- *Sicut* accidens dicitur moveri ad motum sui subjecti. Et sic indivisibile potest moveri per accidens.

A se, quod est principium activum immediatũ motus, ut anima movetur à se; quia ipsa est

principium motus in animali, licet moveatur per accidens ad motum corporis.

Per se, quod movetur & non ad motum alicujus impertinentis, sic corpus animatum quamvis sit grave, & idcirco pronum ad motum deorsum, tamen ab anima elevatur ad motum etiam contrarium gravi prædicto, & sic movetur per se.

Ex se, quod movetur per principium aliquod intrinsecum: sic animalia moventur ex se. *Hæc Paulus Venetus.*

MULTA

Partibus.
Accidentibus.
Numero.
Speciebus.
Processibus.
} Sunt unum {
Toto.
Subjecto.
Specie.
Genere.
Principio.

MULTIPLICATIO

Physica.
Metaphysica.
Logica.
} Fit per {
Materiam, & *formam* & *quantitatem.*
Hæceitatem.
Differentias.

MULTIPLICARI potest *materia*, vel per *Rarefactionem*, ut cum ex aqua fit aer.

Additionem alterius rei, ut: cum multiplicatur ignis per additionem lignorum.

Creationem novæ materiæ.

MUNDUS

Archetypus, sive *intelligibilis*, est divina mens in qua sunt omnes formæ, & exemplaria rerum faciendarum.

Angelicus, est qui ex triplici angelorum hierarchia constat.

Ele-

Elementaris est qui componitur ex quatuor Elementis, & corpore cœlesti.

Magnus, quod propriè *universum* vocatur, est tota creaturarum collectio.

Parvus, est homo, eo quod omnium in unum confluentium naturam, possessionem, & totius universalitatis summam in se contineat.

MUTATIO

Sumitur

- *Latè*, prout idem est cum motu quo res aliter se habet nunc ac prius, sive ea mutatio versetur inter positivos terminos, ut ab albo in nigrum, sive à termino positivo in negativum, ut ab albo in non album, sive à negativo in positivum, ut à non albo in album.
- *Strictè*, pro progressu à termino à *quo* negativo, in terminum ad *quem* positivum.

Distinguitur à *motu*, ex Aristotele, quia

- *Mutatio*, est in instanti, sicut generatio & corruptio.
- *Motus*, est cum successione, ut alteratio & motus localis.

Naturalis, est quando acquiritur qualitas aliqua sensibilis, ut in calefactione acquiritur calor.

Intentionalis, seu *spiritualis*, ut quando recipitur

- species visibilis in oculo, aut intelligibilis in intellectu.

Fit aut de

- *Subjecto in subjectum*, sic ex semine fit homo, quatenus scilicet semen continet in se privationem formæ humanæ, alioqui non erit propria acceptio mutationis ut definitur ab Aristotele.

Non Subjecto in subjectum, & hæc est propriè generatio, ut ex non homine fit homo.

Subjecto in non subjectū, & hæc est corruptio, ut ex homine fit non homo. Et hæ sunt duæ solæ species mutationis propriè dictæ.

Cujus terminus

Intrinsecus, in alteratione est qualitas aliqua.

Extrinsecus, secundum aliquos est forma substantialis, ad quam terminantur præviæ alterationes in materia.

Mutatum esse

In actu, est terminus motus terminans & non copulans, ut mutatum esse acquisitum in fine motus.

In Potentia, est mutatū esse in medio motu, quod copulat mutatum esse antecedens & consequens. Mutatum enim esse perinde se habet in motu, ac punctum in quantitate continua. Punctum enim intermedium copulat id quod antecedit cum subsequente, ut magnitudo sit continua; sic Mutatum esse intermedium idem facit in motu continuo. Ideoque hoc mutatum esse in medio motu non est in actu sed potentia, sicut puncta sunt in linea. *Ex Paulo Veneto.*

N

NATURA *sumitur* pro

Mente divina, quæ dicitur *natura naturans.*

Tota rerum universitate, quæ dicitur *natura naturata.*

Substantia, quidditate, & *essentia* cujusque rei: tametsi essentia, quidditas, & natura aliquo modo differunt: nam

Essen-

Essentia, importat ordinem ad Esse rei cujus est.
Quidditas, importat ordinem ad definitionem, qua quid res sit explicatur.
Natura, importat ordinem ad operationem.

Causis naturalibus, quatenus secundum propensionem insitam agunt.
Nativo calore, ac cujusq; animalis temperamento.
Generatione, & productione viventium.
Materia prima.
Materia proxima, cujusque generis & speciei entium.
Forma quæ in unoquoque est principium motus.

NATURALE *dicitur,* quod
Opponitur
Voluntario, sic primi motus hominis dicuntur supernaturales.
Violento.
Fortuitis eventibus.
Artificioso.
Supernaturali, & est quod est debitum alicui naturæ creatæ, sic dicimus Angelis naturale esse intelligere se.
Fit ab agente, non habente cognitionem.
Est rebus ingenitum.
Constat ex natura, nempe materia & forma.

NECESSARIUM
Sumitur pro eo quod
Opponitur
Impossibili } & utraque acceptio est Lo-
Possibili } gica.
Est Naturale, seu *debitum.*
Violentum, seu *coactum.*
Vile, sic iter suscipienti necessarius est equus & viaticum.

- *Congruum*, seu *conveniens*, sic necessarium fuit Verbum divinum incarnari.
- *Incorruptibile*, sic cœli sunt entia necessaria.

Simpliciter, & non habita ratione alterius cujuscunque rei, sic solus Deus est necessarius.

Ex suppositione

- *Causæ alicujus*
  - *Efficientis*, ut sole existente in hemisphærio nostro necesse est diem esse.
  - *Materialis*, sic necesse est animal sanguineum respirare, & omnia composita ex elementis esse corruptibilia.
  - *Formalis*, ut necessarium est hominem esse animam.
  - *Finalis*, ut navis ad transmittendum mare est necessaria.
- *Voluntatis divinæ efficacis*, sic omnia sunt necessaria, id est, non possunt non esse quæ Deus efficaciter decreverit.
- *Concursus divini generalis*, seu *ordinis naturalis rerum*, seu *potentiæ Dei ordinariæ*, sic causæ secundæ quæ agunt à natura, necessariò operantur, non autem illæ, quæ agunt ex proposito, sic ignis necessariò comburit, aqua frigefacit. *Et hoc necessarium* ab aliis appellatur *Necessarium ex natura rei.*
- *Existentiæ alicujus rei*, sic dicit Aristoteles, omne quod est, dum est, necessario est.

Aliud est ut

- *Immutabile*, quod non potest de hoc mutari in oppositum, quamvis absolutè potuisset esse oppositum, & necessarium istud potest stare cum contingenti; Sic dicunt

Theo-

Theologi, id quod Deus præsciverit, efficacitérque decreverit, immutabile esse, quantum est ex parte decreti divini, contingens tamen esse respectu voluntatis & liberi arbitrii humani.

Inevitabile, quod non potest evitari, sic mors est inevitabilis, & primi motus in voluntate.

Incomplexum, quod non potest nō esse, ut Deus.

Complexum, quod non potest non esse verum, sicut sunt propositiones primi & secundi modi dicendi per se.

NECESSITAS

Absoluta, seu *simplex*.

Supernaturalis, seu *independentiæ*, seu *immutabilitatis*, seu *infinita*, seu *fatalis*, seu *divina*, sic est simpliciter absoluta necessitas ponendi Deum, sine quo omnes causæ secundæ & effectus cadunt.

Naturalis, seu *finita*, quæ oritur ex parte

Efficientis, & appellatur *necessitas coactionis*, seu *violentiæ*, seu *compulsionis*, quæ est contra naturalem inclinationem rei, eaque vel esse potest in

Naturalibus, ut cum lapis jactatur sursum.

Voluntariis, ut cum Rex cogit servum.

Intellectualibus, ut cum ratio cogit intellectum contraria opinantis; si enim evidens sit proposita ratio, determinatur quoad speciem actus intellectus, etiam si voluntas contrario affectu renitatur.

Materialis, eaque vocari potest

Indigentiæ.

Inevi-

Inevitabilitatis, ut mors.

Formalis.

Exigentiæ, quam nonnulli impropriè attribuunt finali, tali necessitate dispositiones præviæ exiguntur ad formam, quæ etiam est finis ipsarum.

Immutabilitatis, largè dicta quam alii attribuunt efficienti, ut *Argentina*, Alii materiali, quæ sumitur à causis intrinsecis, vel ab alio aliquo quod est de essentia rei, ut necesse est hominem esse rationalem. Ideo à Durando *naturalis* dicta est, strictè sumpto vocabulo.

Respectiva, seu *conditionalis*, seu *ex hypothesi*, seu *præsuppositionis*, seu *casus*, seu *secundùm quid*, seu *diminuta*, quæ oritur ex parte causæ finalis. Estque vel

Congruentiæ, seu *convenientiæ*. sic necessaria fuit Incarnatio Verbi ad Redemptionem hominum.

Expedientiæ, ut vult *Ales*. seu *utilitatis*, sic media sunt necessaria ad obtinendum finem.

Quia autem omnes fere necessitates conditionales reduci possunt ad necessitatem ex parte causæ finalis, nec tamen commodè intelligi possunt absque correlativa sua necessitate, earum aliquot distinctiones, seorsim hic explicare necessarium duximus.

Consequentis, est qua aliquid in se consideratum non potest non esse, seu quia Prædicatum necessario cõpetit subjecto, qualis est nexus attributorum essentialium & propriæ passionis

nis: vocatur Consequentis, qui peculiari ratione illam distinguimus contra *necessitatem consequentiæ*, quæ vi tantum formæ et illationis valet: Alias tam in antecedente, quam in consequēte ejusmodi necessitas reperitur.

Consequentiæ, est qua aliquid non est ex natura sua necessarium, sed tantum ex suppositione alicujus Antecedentis: Ideo Necessitas ista stare potest cum contingentia propriè dicta, ut supposito quod Deus præsciverit Petrum peccaturum, Petrus necessariò peccaturus est tamē liberè peccat: Sic supposito quod omnes homines sint docti, necessario sequitur, ergo Joannes est doctus, vi illationis.

Sensus compositi, est quando aliquid cū alio conjunctum aūt additum facit propositionem necessariam, quæ alioqui ex natura sua non est necessaria: ut omnis prædestinatus glorificabitur, conjungendo prædestinationem cum homine oritur necessitas quædam sensus compositi, quam si dividas ab homine, desinit esse necessarium. Ideoq; propositiones istæ sensus compositi solent explicari per reduplicativā *Quatenus*, ut prædestinati quatenus prædestinati, necessariò salvabuntur: beati, quatenus beati, sunt impeccabiles.

Sensus divisi, est quādo aliquid sumitur ut disjūctum & divisum ab alio: Unde destruitur necessitas, quæ alioqui fuit in sensu composito, si sumeretur ut conjunctum cum illo. Ideoq; *Sensus divisus* resolvit propositionem illam, quæ est necessaria in sensu composito, in duas propositiones, & reddit eam contingentē. Et generaliter si vera fuit in sensu composito, falsa

falsa est in diviso, sic enim ista propositio Omnes sunt prædestinati, & omnes salvabuntur, quæ utraque falsa est: Aut in hanc formam, Omnes qui sunt prædestinati salvabentur, quæ propositio est composita ex duabus prædictis falsa in sensu diviso.

Antecedens, seu *præcedens*, se tenet ex parte causæ quæ præcedit effectum: Ideoque omnimode tollit omnem contingentiam in effectu si causam prædeterminet.

Sequens, seu *comitans*, se tenet ex parte affectus, & illum aut sequitur aut comitatur. Unde stare potest necessitas hæc comitans cum contingentia propriissimè dicta, effectus enim contingens postquam est, quamdiu est, necessario est: Ideoq; *necessitas sequens* sic definitur à nonnullis, *est quam facit res antecedens*, quæ facit rem necessariam.

De re, eadem est cum necessitate consequentis, quam res habet ex se absolute. *Ex D. Thoma.*

De dicto, eadem est cum necessitate consequentiæ, ex eodem D. Thoma, & ratione tantum, seu secundùm connotata differunt, quia hæc respicit suppositionem factam per enunciationem, qua posita per consequentiam illativam, necessarium est aliud admittere: Illa autem supponit aliquid positum esse à parte rei ex quo aliud necessario sequatur: Aut brevius, hæc dicit suppositionem in actu signato, illa in actu exercito.

Interna in

Naturalibus, cum potentia aliqua naturaliter determinata est ad unum tantum oppositorum, ut ignis ad calefaciendum tantum, non autem ad frigefaciendum. *Volun-*

Voluntariis, cum objectum voluntatem ex neceſſitate determinat, ſive ad ſpecificationem actus, ſive ad exercitium: ſicut Deus clarè viſus determinat voluntatem neceſſariò ad amorem ſui.

Extrema, eſt cum remanet in voluntate vera indifferentia & indeterminatio ad utrumlibet oppoſitorum, ſed tamen fieri non poteſt ut eligat non ſervare præceptum, quoniam regitur & gubernatur à Deo, qui ſemper illi objicit ea media ad ſervandum præceptum quæ videt eam accepturam.

Continua, eſt ſecundum quam aliquid habet eſſe in quolibet tempore & quolibet inſtanti temporis, ſic homo ſecundùm ſpeciem habet neceſſitatem continuam, quia in omni tempore habet eſſe.

Diſcontinua, ſeu *interciſa* duplex eſt:

Determinata, quoad naturam & quoad nos. Quando aliquid eſt in extremis partibus temporis, ſed in medio tempore non eſt, & tamen determinatè ſcitum eſt, & quoad nos, & quoad naturam, ut eclipſis lunæ eſt neceſſaria neceſſitate diſcontinua determinata naturæ & nobis, quoniam aliquando eſt, aliquando non eſt, ex ordinario & naturali luminarium motu tali tempore futura eſt, & Aſtrologus id perfectè cognoſcit.

Indeterminata quoad nos, & determinata naturæ, quando aliquid certum eſt naturæ, quando futurum eſt, ſed nobis eſt incertum, ut quod aliquis fodiens inveniat theſaurum. Ex *Fanduno*.

Quoad

Quoad specificationem, quando potentia necessariò elicit actum secundùm unam speciem actus, non autem contrariam, sicut voluntas respectu ultimi finis: necessario enim expetit summum bonum nec potest illud respuere; actus contrarii sunt velle, nolle, assentire, dissentire, amare, odisse.

Exercitium, quando potentia necessario elicit actum in individuo, sic visus præsente objecto necessariò videt.

Præcepti, ut vult *Biel*, seu obedientiæ, *ut vult D. Thomas*, seu *obligationis*, seu *tentionis*.

Medii, ut ea quæ sunt absolutè necessaria ad finem consequendum, & sine quibus non acquiritur finis.

Præcepti & medii, quæ necessitatem acceperunt à Legislatore aliquo, & sunt media necessaria ad finem consequendum; sic est Baptismus ad vitam æternam consequendam, & Sacramentum Pœnitentiæ in adultis post peccatum mortale, vel in re, vel in voto.

NEGATIO

Distinguitur, à *privatione* & *contrarietate*: Quia

Negatio, neque ponit aliquid, neque determinat sibi subjectum.

Privatio, non ponit aliquid, sed determinat sibi subjectum, ad quod denotat aptitudinem, ut cœcitas ad oculum.

Contrarietas, aliquid ponit, & determinat sibi subjectum & speciem aliquam, sic nigrum est in specie coloris.

Negans, seu *extra genus*, est quæ proximè posita ante copulam & propriè facit propositionem

nam negantem, ut homo non est lapis.

Privans, seu *in genere*, est in subjecto apto, ut cœcitas.

Infinitans, quæ comprehendit omnia tam entia quam non entia præter suum oppositum, sicut non lapis dicit omnia illa quæ sunt præter lapidem: fit autem infinitum per appositionem particulæ negativæ *non*, ante vocem finitam, homo non homo: lapis non lapis.

Mixta, partim affirmans, partim negans, ut non omnes currunt, indicatur enim aliquos currere, aliquos non currere.

Disparata, est negatio alicujus quæ includitur inter disparata, ut lapis non est lignum.

Negata, est quando negamus propositionem negativam, ut loquitur *Lychetus*.

Oppositæ naturæ cui additur, ut non homo, particula illa *non* destruit naturam humanam. Ideo negatio sic definita est à nonnullis; est pars malignantis naturæ, quæ quicquid post se invenit destruit, & ejus oppositum ponit.

Non oppositæ naturæ cui conjungitur, sed eam cõservans qualem negationem unum addit supra rationẽ entis, quia ens quatenus est unum est indivisum ab omni alio; si autem non esset unum, divideretur; si divideretur, destrueretur.

NON ENS

Sumitur pro

Eo quod est nihil simpliciter, sic ex non ente nihil fit.

Privatione, quæ est unum ex tribus principiis, & sic per accidens res fiunt ex nõ ente.

Materia, quæ non est ens actu, sed tantum potentia, & sic ex non ente fit aliquid per se

In-

Incomplexum, idem est quod nihil.
Complexum, idem est quod falsum.

NOTITIA

Infusa.
Acquisita.
Actualis, cum quis actu speculatur.
Habitualis, cum quis habet habitum alicujus scientiæ, etsi actu non speculetur, sed potest cum vult.
Intuitiva est rei præsentis & corã oculis positæ, & immediate terminatur ad ipsũ, ut in se est.
Abstractiva, est rei absentis mediante specie, sive rei non positæ ante oculos, unde semper innititur alicui cognitioni præviæ, sive eiusdem rei, ut in memoria rerum visarum, sive alterius.
Confusa, quando cognoscitur aliquid in suo universali, ut homo in substantia aut ente.
Distincta, quando cognoscitur per definitionem propriam & essentialem, ut homo per animal rationale.
Apprehensiva
Incomplexa est simplicium terminorum, & prima operatio mentis.
Complexa, est enunciatio qua verum aut falsum affirmamus, & est secunda operatio.
Judicativa, seu *adhæsiva*, seu *assensus*, aut *dissensus*, est animi existimatio, & judicium quod de re aliqua habetur. *Hac Almian.*
Discursiva, seu *arguitiva*, seu *ratiocinativa*, est tertia mentis operatio, quando à notis ad ignota procedimus.
Creditiva, seu *fides*, qua assentimur articulis fidei, revelatis à prima veritate.

Specu-

Speculativa, seu *contemplativa*; quæ sui gratia expetitur, nec dirigitur ad ullam operationem, aut actionem ulteriorem tanquam ad finem, sicut sunt scientiæ speculativæ.

Practica, quæ dirigitur ad aliquam operationem tanquam ad finem.

- *Dictativa*, quæ dictat aliquid esse eligendũ, vel dimittendum sicut est prudentia.
- *Ostensiva*, quæ ostendit quomodo res possit aut debeat fieri, si aliquis vellet eam facere, non tamen dictat eam esse faciendam: sic artes mechanicæ sunt practicæ. Ex *Tartareto*.

In proprio genere, res cognoscitur in seipsa.

In alio, ut

- *Quod*, quod & cognoscitur, & est ratio etiam cognoscendi aliud, vel in
  - *Speculo*, sic beati vident omnia in Verbo.
  - *Causâ*, sic effectus cognoscitur in Causa.
- *Quo*, quod non propriè cognoscitur cognitione directa licet reflexa cognoscatur, sed est ratio tantum cognoscendi aliud, sicut sunt species intelligibiles & sensibiles.

NOTIUS

Natura, seu *simpliciter*, *quod simplicius*, sincerius & magis immixtum est (ut vult *Simplicius*) vel id quod magis participat de actualitate, ut intelligentiæ. idque vel secundùm

- *Perfectionem*, sicut quod principalius est intentum à natura.
- *Gradum naturæ*, sicut quod propinquius est agenti.

Nobis, quod est magis sensibile, & materiale, et compositum (ut vult *Averroës*,) & quod est

singulare: seu quod propter conditionem nostri intellectus postulat, aut saltem potest prius & facilius cognosci.

NUMERALIS *Diversitas*

Accidentalis, est qua homo albus diversus est à seipso nigro accidentaliter.

Suppositalis, est qua Socrates & Plato differunt numero.

Essentialis est qua duo Angeli differunt numero, & duæ species intentionaliter sumptæ.

NUMERUS

Transcendentalis, vagatur per omnia genera, & reperitur in omnibus entibus, quæ aliquo modo sunt plura: Nihil enim aliud est quam multitudo, seu pluralitas, quæ est passio quædam entis.

Accidentalis, seu *prædicamentalis*, seu *in genere quantitatis*, est in habentibus magnitudinem ex divisione continui, qui secundum veteres Philosophos reperitur tantum in substantiis præditis quantitate, minimè in substantiis separatis à materia: duplex autem est.

Mathematicus, seu *abstractus*, seu *arithmeticus*, seu *formalis*, seu *absolutus*, seu *explicatus à rebus*, ut loquitur *Avicenna*. Est ille quo numeramus, ut binarius, ternarius, qui proprie potest appellari *numerus active sumptus*, ut vult Philippus Faber, seu *numerans*, quamvis Plato appellaverit animam numerum numerantem, eámque sic definierit: Anima est numerus seipsum movens, & ab aliis Anima dicta fuerit *numerus intentionalis*.

Mate-

Materialis, seu *Physicus*, seu *sensibilis*, seu *naturalis*, seu *numeratus* seu *numerus*, *passive sumptus*, (ut vult *Faber*) seu *concretus*, seu *numerus*, qui est ut accidens (ex *Averoë*) seu *qui est in rebus*, ex *D. Thoma*. Quem tamen *Albertus*, impropriè appellavit Formalem, & *Linconiensis*, proprissime *quem numeramus*, seu *res ipsæ* sensibiles, ut duo homines.

Essentialis, est eorum quæ aliquo modo sunt una unitate essentiæ secundùm speciem & formam: Ideo dicitur *Specificus*, seu *formalis*, sed alia de causa quam *mathematicus*, dicitur *formalis*. Hic enim sic dicitur à forma physica, ille à mathematica. Reperitur ex sententia *Henrici*, cum in substantiis seperatis à materia tum in materialibus. *Biel* tamen & alii strictius accipiunt numerum essentialem, & dicunt posse attribui iis solum rebus quæ nullo modo possunt facere unum numero, ut tres Angeli, vel ut alii attribuunt tantum substantiis separatis à materia, materialibus autem nequaquam, sed non est alia diversitas inter authores hosce, quam latioris & strictioris acceptionis vocabuli: ideò non est magnopere laborandum de dissentione eorum, sed unusquisque abundet in sensu suo. Ex *Ochamo*, *Henrico*, *& aliis*.

Aggregatus, non est propriè nec verè *numerus*, ut numerus granorum in acervo.

Divinus, seu *substantialis*, seu *supereminens*, quē aliqui appellant *transcendentalem*, nihil aliud est quā res ipsæ divinæ, ut vult *Rubion*, quæ sicuti nullam veram compositionē faciunt.

sic neque ullum numerum, qui sit distinctus à rebus ipsis, & hi solum reperiuntur in divinis, videlicet

Unitas, in essentia.

Dualitas, in emanationibus.

Trinitas, in personis.

Quaternitas, in relationibus.

Quinarius, in notionibus.

Digitus, est omnis numerus denario minor, ut octo.

Articulus, est omnis numerus divisibilis in decem partes æquales, ita ut nihil residuum sit: ut viginti, triginta.

Compositus, seu *mixtus*, est qui constat ex digito & articulo, éstque ille qui est inter omnes articulos, ut quindecim.

O

OBIECTUM

Materiale, est id quod potentia primo cognoscit, ut corpus naturale est objectum *quod* materiale Physicæ.

Primarium, ut corpus naturale in Physica.

Secundarium, quod conducit aliquo modo ad cognitionem primarii, sit Categoriæ in Logica, Causæ in Physica.

Incomplexum, est ipsum subjectum præcisum à passione, seu ratione formali, ut corpus naturale.

Complexum, est subjectum una cum passione per formam enunciationis, ut corpus naturale est mobile.

Formale, seu *ratio formalis objecti*, est id quod est ratio

ratio ut ipsum & objectum materiale cognoscatur. Cujus species adeo confusè ab ōnibus fere authoribus traditæ sunt, ut difficilè fuerit omnium explicationes, & sententias, propter diversissimas & confusas terminorum appellationes, in ordinem ullum dilucidum reducere. Ideo satius esse existimavi ex omnibus meo judicio optimum, facillimumque quod fuerit seligere, brevitérque subsequenti hoc ternario explicare. Ratio igitur formalis

Qua, seu *ratio quidditativa*, seu, *ut vult Soncinas*, quæ se tenet ex parte scientiæ, seu, ut vult *Caietanus*, *obiecti ut res est*, est ratio illa obiecti quæ à scientia directè consideratur. Ideo solet semper exprimi per reduplicativam *quatenus*, sicut dicimus *Ens* ut *Ens* esse obiectum Metaphysicæ; Deum ut Deum Theologiæ: corpus naturale ut naturale Physicæ. Aliquando autem ratio ista formalis *Quæ*, est ipsa obiecti essentia, aut pars aliqua essentiæ, & tam latè patet ac ipsum obiectum, ut patet in exemplis allatis. Aliquando non est ratio aliqua essentialis, nec tam late patet ac obiectum, sed est ratio quædam accidentalis, qua obiectum materiale à potentia aut habitu directe attingitur; sicut in corpore humano *sanabilitas* est ratio formalis *quæ*, secundum quam consideratur à medico: & sic de aliis, hæc ratio formalis est semper una, à qua unitas scientiæ & habitus totalis desumitur.

Qua, seu *per quam*, seu *motiva*, seu *me-*

diativa, seu *objectum* ut *quo*, seu *ratio formalis tenus se ex parte scientis, ut vult Soncinas*, est medium cujus gratia intellectus assentitur conclusioni scientificæ, seu medium per quod devenimus in cognitionem objecti: & communiter in primis & immediatis demonstrationibus solet esse forma, vel definitio subjecti, ut habere naturam est causa quare motus insit corpori naturali: sed in aliis demonstrationibus mediatis, potest esse aliud accidens, sed in omnibus necessarium est, ut sit ratio vera ex parte rei ob quam passio insit subjecto, sicut risibilitas per rationale. Hæc ratio formalis est multiplex pro varietate conclusionum, & habituum partialium unius & ejusdem scientiæ.

Sub qua, seu *objecti ut objectum est*, ut loquitur *Cajetanus*, seu *ratio tenus se ex parte objecti*, ut loquitur *Soncinas*, seu *ratio denominativa*, est respectus, seu habitudo illa quam objectum non quatenus est res aliqua, sed quatenus est scibile, dicit ad potentiam, seu est proportio inter potentiam & objectum in ratione scibilis, ita ut ratio illa nihil reale & positivũ ponat in objecto, quatenus est res aliqua, sed tantum est in eo denominatio quædam extrinseca ab habitudine quam dicit ad potentiam, sicut corpus naturale consideratur, à Physico, quatenus est abstractum à materia singulari, tanquam sub ratione formali *sub qua*:

Sic

Sic Mathematicus quantitatem quatenus abstrahit à Materia sensibili, Metaphysicus ens quatenus abstrahit ab omni materia, Theologia Deum, quatenus est revelatus, considerat; sic etiam in sensibus color est objectum visus, sed sub ista ratione formali, *sub qua*, quatenus est illuminatus. Hæc ratio formalis est tantum triplex in scientiis, per quam tres scientiæ theoreticæ à se mutuo dividuntur, suis cuilibet per tria abstractionum genera præstitutis limitibus

Adæquatum seu *totale*

Extensivè, ad cujus ōnes ac solas partes subjectas potentia quomodolibet extendi potest, quo pacto luminosum potest dici objectum visus noctuæ: quia potest attingere aliquomodo quodcunq; corpus luminosum, etiam ipsum solem: sic ens est objectum nostri intellectus.

Intensivè, quod solum ea complectitur in quæ potētia ferri potest perfectè, sic lumen nocturnum est objectum visus noctuæ, sic ens corporeum & sensibile objectum nostri intellectus. *Hac. Cajetanus.*

Secundum

Prædicationem, sic una potentia habet tantum unum obiectum quod prædicetur de omnibus sub eo contentis.

Perfectionem, sic una potentia potest habere plura obiecta æqualis perfectionis cum seipsa, imo etiam maioris. *Hæc Soncinas.*

Inadæquatum, seu *partiale*

Principale, ut Deus & substantiæ separatæ in Metaphysica, Demonstratio in Logica primus motor in Physica, Deus in Theologia.

Minus principale, ut Syllogismus Dialecticus in Logica. Res humanæ in Theologia Categoriæ in Metaphysica.

Naturale duplex

Attingentiæ, quod potentia potest viribus suis naturalibus attingere, ut sensibile sensus

Inclinationis, ad quod natura aliquo modo inclinatur, tametsi non possit præcisè suis viribus illud attingere, sicut multi dicunt esse inclinationem aliquam in homine ad cognoscendum Deum tanquam finem ultimum.

Supernaturale, ut Deus fide cognitus respectu hominum.

Per se

Primo, ut color visus.

Secundo ut quantitas, distantia, & eiusmodi quæ appellãtur objecta sensus communia.

Per accidens, sicut sunt negationes & privationes respectu intellectus.

Primum quod primario à potentia, vel habitu cognoscitur: est primum, vel *primitate*

Univocationis, quod est unius rationis univocæ respectu omnium aliorum, ut substantia.

Communitatis, seu *prædicationis transcendentalis*, quod est commune ad omnia quæ continentur sub obiecto, licet non univocè, sic ens est obiectum intellectus. Ex *Fanduno*.

Per-

Perfectionis, seu *principalitatis*, sicut est perfectissima species objecti, videlicet primus motor in Physica, Deus in Metaphysica. *Ex Ianduno*.

Originis, vel *generationis*, est id quod primo terminat cognitionem, seu id quod primo objicitur potentiæ, sic multi contendunt singulare esse primum objectum Intellectus, post quod minus universale: Alii contra, magis universale esse primum objectum Intellectus; deinde minus universale. *Ex Ochamo*.

Virtutis, est illud virtute cujus omne aliud intelligitur à potentia.

Adæquationis, ut in Physica est *ens mobile*.

Attributionis, ut in Physica *corpus mobile*, seu *corpus naturale*, quatenus omnia quæ in Physica tractantur pertinent ad corpus naturale, vel tanquam principia, passiones aut species.

Intentionis, ut in Metaphysica, substantiæ separatæ, quia primo intenduntur tanquam objectum nobilius.

Motionis, seu *extensionis*, seu *aggregationis*, est omne id quod quomodolibet potest movere potentiam, sive perfectè sive imperfectè: sic ens respectu Intellectus humani qui attingit aliquomodo omnia entia: Quædam enim perfectius attingit, ut accidentia & substantias materiales, quædam imperfectius, ut substantias separatas, & modo imperfectissimo Deum.

Proportionis, est id omne quod potentia tantum

tum potest perfectè attingere, sic *quidditas materialis* est objectum proportionatum Intellectui humano.

Expulsionis, ut loquitur *Burlæus*, & sic universale est objectum Intellectus, quia nulla potentia cognoscit universale præter intellectum, unde aliæ potentiæ excluduntur.

Secundarium, seu *subjectum divisionis*, est quando species alicujus generis non directè & primo per se pertinent ad eandem scientiam ad quam pertinet genus, sed ad aliam. Nihilominus tamen ad ampliorem generis aliquomodo explicantur, tunc species illæ sunt subjectum secundarium & divisionis, sic in Metaphysica objectum primarium est *ens quatenus ens*. Quoniam autem non potest perfectè cognosci absq; aliqua cognitione specierum, Ideo Ens in Metaphysica dividunt in decem genera generalissima, de quibus singulis aliquo modo tractatur. Cum tamen aliqua ex illis, ut quantitas & substantia, sibi peculiares scientias vendicent. Idem apparet cum Ens dividitur in *Actum* & *potentiam*, oportet multa tradere de materia prima, cum tamen *Materia, ut materia*, propriè sit considerationis Physicæ, non Metaphysicæ.

Motivum, seu à *quo*, est illud à quo potentia aliqua ratione movetur, seu id quod habet rationem principii non termini. Idque, vel esse potest ut

Quod, ut res seu objectum extra existens, v. g. paries qui propriè cognoscitur.

Quo, sic est species intentionalis quæ non pro-

propriè cognoscitur cognitione directa, sed reflexa tantum.

Quod, & *quo*, Quod & cognoscitur, & est ratio qua aliud cognoscitur, ut statua Cæsaris.

Terminativum, seu *ad quod*, seu *de quo*, est id ad quod operatio potentiæ terminatur, seu quod habet rationem termini ad quem tendit & terminatur operatio: sic objectum extra existens propriè est objectum terminativum, non species intentionalis, tametsi nonnulli alii latius accipiendo voces istas *objectivi*, *motivi*, seu *terminativi*, aliter definiverint, ut *motivum* sit id quod non fit ab intellectu, sed quod movet illum, *terminativum* sit id quod fit ab intellectu, & non movet Intellectum, sicut secundæ intentiones. Et alii etiam aliter definiverint, sed tantum diversitas est prout diversimode accipiunt voces. Non autem sic hic definimus ex eo quod objectum respectu Intellectus possit habere triplicem respectum, nempe *Principii*, quia species procedunt ab objecto ad potentiam; *Termini*, quia intellectus intelligendo tendit ad objectum & ad illud finitur, seu terminatur; *Perfectivi*, quia species intentionalis est actus primus. Omnis autem actus alicujus perfectivus est. Ideoque objectum, unde oriuntur species, habet rationem perfectivi respectu Intellectus.

Intellectus humani

Ex parte potentiæ est ens universalissimè sumptum, ut dicit Scotus, vel ut dicit D. Thomas quidditas materialis.

Pro statu præsenti, quandiu est conjunctus cum cor-

corpore est quidditas sensibilis. *Ex Secto.*

In actu

Exercito, est ens.

Signato, est verum.

OBLIGATIO est præfixio enunciabilis secundum statum sustinendi. Estque

Pendens, quæ fit sub aliqua conditione, quæ quidem non tenet nisi adimpleta conditione.

Cadens, quæ fit usque ad præfinitum tempus; ut siquis dicat: pono tibi hanc, quoad usque tua responsio fuerit negativa.

Renascens, in qua præfinitur tempus cessationis & reversionis.

OPPOSITIO

Physica, est repugnantia rerum secundum se, qualis reperitur inter album & nigrum, calidum & frigidum.

Logica, est repugnantia aliquorum comparatione ejusdē subjecti, non in existendo, sed in prædicando; & sub hoc genere continentur omnes formæ abstractæ, si inter se vel cum subjectis comparentur. Ex *Conimbricens.*

Moralis, qualem multi existimant reperiri inter peccatum & gratiam, non autem oppositionem physicam. Moralis igitur est illa quæ est inter aliqua non ex natura, sed secundum aliquid extrinsecum, ita ut non se mutuo expellant per mutationem ullam physicam, sed tantum demeritoriè, ut patet in gratia & peccato.

OPUS.

Operantis, est quod vim habet ex bonitate & devotione ejus qui operatur.

Operatum, quod præcisè ex se valet, & vim habet, modo fiat sicut lex præscribit, quicquid sit de bonitate aut malitia.

ORDO

ORDO

Est habitudo prioris ad posterius, & è contra; eoque ubicunque est ordo, ibi est aliquid prius & posterius.

Doctrinæ, est in dispositione partium alicujus scientiæ processus à notioribus nobis, sive ea sint natura ignotiora, sive notiora, ad ignota nobis: estque vel

Compositivus, per modum componendi à partibus ad totum, ut si primo explicarentur termini propositionis, subjectum & prædicatum, deinde propositio, & postea syllogismus: aut in physica, principia, deinde corpus naturale. Ad hunc modum pertinet etiam progressus ab universalibus ad particularia, à genere ad species, à corpore naturali ad cœlum & elementa, & hic ordo est proprium scientiarum speculativarum.

Resolutivus contra, per modum resolutionis, cum totum resolvitur in partes, & incipimus à definitione totius & progredimur ad partes: sic Aristoteles in prioribus Analyticis resolvit Syllogismum in partes à capite 32 usque ad finem: ita ut primo proponat definitionem Syllogismi, deinde propositionis, postea termini: aut cum incipimus à definitione finis, & progredimur ad media. Quomodo Aristoteles in Ethicis incepit à definitione fœlicitatis, & postea progressus est sequentibus libris ad explicationem virtutum. Et hic ordo est proprius scientiarum practicarum, ut probè videtur docuisse *Zabarella*.

Natu-

Naturæ, est progressus ab iis quæ sunt natura notiora ad ignotiora natura. Contingit autem ut ea, quæ notiora sunt natura, sint etiam notiora nobis. Unde accidit ut uterque ordo aliquando in eundem coincidat, sed id fit ex accidente, de quo non est scientia.

Successionis naturalis, seu *primordialis*, qui est inter non esse & esse uniuscujusque rei.

Existentialis, est in existentiis rerum, secundum quod esse unius præsupponit esse alterius, & non è contra. Et sic dicitur prius natura, secundo modo, ab Aristotele in Postprædicamentis.

Gradus, seu *dignitatis naturalis*, est inter partes universi quarũ aliæ aliis dignitate præcellũt, superiora inferioribus, mixta simplicibus, animata inanimatis, intelligẽtiæ corporibus cœlestibus, et sic de aliis. Digniora autem sunt priora indignioribus, nobiliora ignobilioribus

Intentionis, sic finis est prior iis quæ sunt ad finem, et hæc est *prioritas à consilio*, seu *intentionis*, sic universaliter perfecta sunt priora imperfectioribus.

Executionis, seu *generationis*, sic ea quæ sunt ad finem sunt priora fine, et universaliter imperfecta perfectis.

Causalis, seu *naturæ*, est inter causam & effectum, quæ aliquando possunt esse simul tempore, causa tamen semper est prior naturâ quam effectus.

Originis, qualis est lucis ad splendorem in igne, et propriè ordo iste perspicitur in divinis, ubi ordo originis præcisus est ab ordine naturæ, in creaturis autem non separantur; sed ea quæ sunt

sunt priora prioritate originis, propriè sūpto vocabulo, non confundendo cum prioritate durationis aut generationis, sunt etiam priora natura. Ideo non facilè distinguitur una ab alia, nisi secundum rationem.

Rationis, cum unum præsupponitur ad cognitionem alterius sine quo non potest intelligi, & non è contra: Sicut inter ens, bonum, verum, & unum, & universaliter inter subjectum & passionem, subjectum enim potest intelligi absque passione, passio autem non sine subjecto, ut volunt nonnulli.

Durationis, qualis est æternitatis ad ævū, ævi ad tempus, & etiam eorum quæ fiunt in tempore.

Continuitatis, est inter partes corporis continui, ut inter capur, humeros, pectus, & cætera hominis organa.

Situalis, seu *localis*, est inter partes loci inter se, vel inter partes loci respōdentes partibus locati, ita ut alia pars loci respondeat capiti, alia pedibus, alia manibus; Item sic est dextrum, sinistrum, surſum, deorſum in cœlo.

Naturæ, qui pertinet ad res, & distinguitur ab ordine naturæ de quo supra: qui pertinet ad dispositionem scientiarum, ut patet ex definitione illius ibidem. Hic autem ordo aut est,

Materialis, seu *ordinatus*, qualis est inter species vel differentias ejusdem generis, quarum una dignitate nobilior est alia, ut rationale dignius irrationali.

Elicitivus, seu *ordinans*, qualis est inter florem & fructum, quem ordinem natura in ipsis existens sic ordinavit, ut primo producerentur flores, deinde fructus.

Sub-

Subjectivus, qualis est inter illa quæ in eadem natura ordinatè disposita sunt, idque vel in eadem natura

Specie, differente tamen numero, qualis est inter patrem & filium, Socratem & Sophroniscum.

Singulari, omnino indifferente, qui ordo solummodo reperitur in Deo.

P

PARS

Essentialis,

Physica, ut materia & forma.

Quasi physica, ut punctus lineæ, instans temporis, & *mutata esse* motûs.

Metaphysica, ut genera & differentiæ respectu specierum.

Integralis,

Homogenea, seu *cognata*, seu *similaris*, ut partes carnis.

Formalis, ut caro quandiu conjungitur toti, seu formæ substantiali viventi.

Materialis, ut eadem caro & cæteræ partes post animæ abscessum in cadavere residuæ.

Heterogenea, seu *multigena*, seu *dissimilaris*, ut caput, cor, &c.

Quantitativa, quæ constituit totum quantitativum, quod differt ab integrali toto, in hoc quod integrale aliquid superaddit quantitativo, nimirûm certâ partium dispositionem in ordine ad totũ, quod non dicit quantitativũ.

Entitativa, qua partes alicujus substantiæ ante ad-

adventū quantitatis aut formæ intelliguntur esse ita dispositæ, ut una sit extra aliam, cujusmodi partes imprimis attribuunt materiæ primæ, quia materia ante adventum formæ substantialis aut quantitatis intelligitur distincta et divisa in se aliquo modo.

Subjectiva, ut homo respectu animalis, Petrus respectu hominis.

Aliquota, quæ aliquoties per se sumpta exæquat totum, ut duo, quater sumpta efficiunt octo.

Non aliquota, quæ aliquoties sumpta non reddit suum totum, ut tria respectu octo.

PARTICULARE

Sumitur pro

Specie Specialissima, ut Homo.

Individuo signato, ut Petrus.

Differt à singulari, eo quod

Particulare, significat partem sumptam ad modum *Partis*, ut Petrus respectu hominis.

Singulare, significat partem sumptam ad modum *Totius*, ut Petrus per se spectatus.

PARTICIPARE aliquo

Perfectè, quando res aliqua alia participat in totum, sed non totaliter; sic Petrus participat specie humana, sed non totaliter, quia reperitur in aliis.

Perfectissimè, et *eminenter*, quando aliquid alio participat in totū et totaliter, cum nulla omnino differentia, excepto solum ordine Originationis: sic filius et Spiritus Sanctus participant divina essentia.

Imperfectè, seu *diminutivè*, sic creaturæ participant bonitate Dei, in qua participatione etiam est magna latitudo, ut alia aliis perfectius

participent, ſuperiora quam inferiora, digniora quam ignobiliora, Angeli plus quam homines, animata plus quam inanimata.

Subjectivè, ſeu *tanquam ſubjectum*, ſic materia participat formam, ſubjectum albedine.

Effectivè, ſeu *terminativè*, ſeu *objectivè*, ut impropriè loquitur *Baſſolis*: ſicut effectus participat cauſa, non enim effectus abjicit cauſam, ſed potius æternum retinet id quod cauſa ſibi dederit, nimirum eſſe ſuum.

Partialiter, ſicut totum participat partibus.

PASSIO

Sumitur pro

Proprietate fluente ab eſſentia rei, quæ duplex eſt.

Simplex, ut riſibile à natura hominis.

Diſiuncta, ut par & impar à numero, eſtque duplex:

Inconvertibilis, ſecundum unum membrum, niſi ſumantur coniunctim, ut par vel impar: non enim omnis numerus eſt par, ſed vel par vel impar.

Convertibilis, ſecundum unum membrum, ſic unum eſt proprietas entis; unum enim reciprocatur cum ente.

Pœna inflicta, ut paſſio Chriſti.

Effectu agentis, quatenus eſt in paſſo, qui prout eſt ab agente dicitur actio.

Quacunq; impreſſione, quæ ſit abſque alteratione ſenſibili, quomodo ſæpiſſimè ab Ariſtotele attribuitur ſenſibus & intellectui, & ſpeciebus intentionalibus, cum

ſæpe

sæpè dixerit intelligere & sentire esse quoddam pati: & hæc acceptio est analoga, non omnino æquivoca.

Motu appetitus, qui ideo dicitur passio seu *perturbatio* animi, quoniam ejusmodi appetitus sensitivi solent fieri per alterationem aliquam corporis, ut per calefactionem aut rarefactionem, sanguinis dilatationem, aut contractionem spirituum vitalium, aut per ejusmodi alias passiones. Ideoque hæc acceptio non est impropria, sed appropriata, & passionis sic acceptæ duæ sunt species.

Passio, propriè dicta cum mens perturbatione victa à recta ratione deflectit, & sic secundum principium motus est in parte inferiore, seu sensualitate; secundùm vero terminum est in parte superiore & voluntate.

Propassio, solum est in parte inferiore, cũ quis à perturbatione, tristitia, cupiditate, timore, aut ira sic afficitur, ut mens à rectitudine rationis non deflectat: quales propassiones reperiebantur in Sanctis & Martyribus.

Abiectione qualitatis naturalis, & *Impressione* qualitatis extraneæ & contrariæ. Et hæc acceptio est spropriissima, Ex D. Thoma plerisque in locis.

Rationem

Antecedens, qua mens velut perstringitur & obtenebratur.

Consequens, per modum

Redundantiæ, quia scilicet cum superior

pars animæ intensè movetur in aliquid, sequitur motum ejus etiam pars inferior.

Electionis, quando scilicet homo ex judicio rationis eligit affici aliqua passione: hæ autem duæ virtuti & bonitati morali famulantur.

Corruptiva, quæ fit à contrario, ut calor expellitur à frigore.

Perfectiva, per quam acquiritur aliqua qualitas, quæ est perfectio potentiæ, absque amissione alterius qualitatis, sicut est illuminatio.

Notionalis, solum reperitur in divinis. *Ex Dominico de Flandria.*

Fl ens, à principiis essentialibus, seu ab essentia rei, reperitur in creaturis; ut disciplinabile, risibile, à forma humana.

Divisibilis, secundum

Speciem, ut passiones hominis.

Subjectum, ut partes aliæ calidæ, aliæ frigidæ, &c

PERFECTIO

Transcendens, est negatio defectus cujusque rei in suo genere, sic cœlis nulla perfectio deest quæ requiratur ad perfectionem corporis cœlestis: hic etiam intellectui humano in suo genere nihil deest.

Naturalis, est forma quædam naturalis perficiens aliquo modo subjectum, ut forma ignis.

Moralis, est secundum rectam agendi rationem, sicut sunt virtutes morales.

Simpliciter simplex, seu *formalis*, quæ in quolibet ente, ut ens est, melior est ipsa, quam non ipsa. *Ex D. Anselmo.* Illud autem *non ipsa*, non est sumendum neque infinitè neque contra-

dicto-

dictorie: sed contrariè, sicut esse hominis melius est quam non esse sumptum contrariè, nimirum quam esse bruti, non tamen est melius quam non esse sumptum infinitivè aut contradictorie, eo quod esse Angeli, aut esse Dei, quod comprehenditur sub non esse hominis sumpto infinitè, aut contradictorie, simpliciter melius est quam esse hominis. Aut brevius sic posset definiri. Perfectio simpliciter simplex, est illa quæ in conceptu suo formali nullam involvit imperfectionem; & omnes ejusmodi perfectiones sunt in Deo formaliter, ut esse, sapientia, justitia bonitas, &c.

Secundum quid, seu *in genere certo*, quæ in conceptu formali aliquam imperfectionem includit. Et ejusmodi perfectiones sunt in Deo, eminenter non formaliter.

Intrinseca, quam causæ intrinsecæ & rei natura tribuunt.

Extrinseca, quam causæ extrinsecæ, ut finis & efficiens afferunt. *Vtraq;* est

Permissiva, sicut animal in quantum est genus, est perfectius musca: eo quod permittitur animalis natura inveniri in homine qui est longè perfectior musca.

Positiva, sic musca est perfectior quam animal, quatenus est genus, quia unaquæque species propriam addit perfectionem supra perfectionem generis. Hæc tamen distinctio satis inepta est, qua *Fontanus* & alii utuntur.

Dispositionis, est in materia dispositia ad recipiendam formam, sic materia ignis disponitur per calorem, siccitatem, levitatem tanquam

per inchoatas perfectiones ad recipiendam formam ignis.

Actus primi, seu *formæ*, seu *secundum esse*, seu *secundum naturam*, seu *perfectio prima*, quando res constituitur inesse per formam substantialem, ut ignis per formam ignis.

Actus secundi, seu *operationis*, seu *secundum accidentia*, seu *perfectio ultima*, quando res actu operatur, ut ignis cum comburit est in ultima perfectione.

Existentiæ: cum res actu existit extra causas, & hæc est quasi perfectio media, primo enim res habent essentiam, deinde existentiam: deinque operantur.

Habitus, ut cum quis perficitur novo aliquo habitu, ut Astrologus acquisito habitu Astrologiæ.

Finis, quando res attingit finem, & eo fruitur.

Loci, seu *quietis*, ut cum elementa quiescunt in locis suis naturalibus.

Totalitatis, qua totum perficitur in esse totius, cum antea esset tantum in esse partiali, seu imperfecto seu diminuto.

Temporis, sic vir est perfectior puero.

In Essendo, sic inquit *Henricus*, major est perfectio creaturarum in supposito quam in essentia, & consequenter rationes veri, boni & unius, sunt majores in supposito creato quam in essentia.

Supponendo, sic major est perfectio in essentia Dei quam in subsistentia, quia essentia est id quod per se est, subsistentia autem est id quod habet in se essentiam, & consequenter rationes veri & boni sunt majores in

essentia

essentia Dei quam in subsistentia. *Ex Henrico.*

PER SE

Sumitur, prout opponitur

Per aliud, sic sol est lucidus per se, luna per aliud, & illud *per se* appellatur *Metaphysicum*, seu *secundum se*, seu *per essentiam*, seu *per se entitativum*. Quia Metaphysicus considerat entitates rerum, non prædicationes.

Per accidens, et appellatur per se *Logicum*, seu *prædicativum*, sic sol est lucidus per accidens, quia lux est accidens illius, et facit propositionem per accidens, secundum considerationem Logicam. Quia Logicus non tam considerat naturam rerum quam prædicationem.

Modi sunt quatuor; cum

Prædicatum ponitur in definitione subjecti, ut genus et differentia in definitione speciei.

Subjectum ponitur in definitione prædicati, ut subjectum in definitione propriæ passionis, et hi duo sunt veri et proprii modi perfectitatis.

Aliquid per se existit, sicut substantiæ per se subsistunt, accidentia in alio et per aliud: et hic modus non est prædicandi, sed essendi.

Effectus formalis, prædicatur de causa sua formali, ut albedo albificat, calor calefacit. Aut de subjecto, ut paries est albedine albus; et hunc modum Aristoteles appellavit *Propter se*, potius quam *per se*.

PERTINERE *ad aliquod*

Præsuppositivè, seu *antecedenter*, sicut operationes

tiones virtutum pertinent ad beatitudinem.
Concomitativè, seu *consequutivè*, sicut delectatio ad beatitudinem pertinet.
Ministerialiter, sicut divitiæ beatitudini inserviunt
Essentialiter, sic visio divinæ essentiæ ad beatitudinem pertinet. *Ex Caprcolo.*

POSITIO *sumitur*, pro
Ordine partium in toto, in ordine ad locum, & sic est unum ex Prædicamentis.
Existentia alicujus indivisibilis inter duas lineas contignas vel inter partes lineæ, & sic punctum habet positionem.
Significabilitate, seu *sensibilitate* partium quantitativarum in suo toto, & hoc modo pertinet ad quantitatem continuam.

POSSIBILE
Distinguitur à contingenti in hoc, quod
- *Possibile*, est id quod quando non est potest esse,
- *Contingens*, quod potest esse & non esse.

Respectu agentis.
- *Naturalis.*
- *Supernaturalis.*

Potentia
- *Objectiva, ex parte agentis*, ut alterius mundi creatio à Deo.
- *Subjectiva ex parte materiæ*, seu *subjecti*, seu *receptibilis*, ut possibile hominem videre Deum.

Logicum, sic omne id est possibile quod non repugnat, seu involvit contradictionem.
Physicum, respectu tantum cursus naturalis rerum.

Po-

POTENTIA

Sumitur pro

- *Subiecto*, quocunque recipiente.
- *Qualitate*, qua patiens resistit agenti, sic frigiditas est potentia aquæ.
- *Propria passione.*
- *Dispositione accidentali*, qua aliquid faciliter vel difficulter patitur, mutatione
  - *Corruptiva*, ut molities in cera.
  - *Perfectiva*, sicut raritas in aëre est potentia ad illuminandum.
- *Entitate aliqua absoluta*, seu pro *fundamento relationis*, & sic ex sententia quorundam est de essentia materiæ.
- *Entitate* aliqua *relativa* seu *respectu*, sic non est de essentia materiæ,
- *Principio activa*, quo agens agit, seu quod est principium transmutandi aliud quatenus est aliud, sic calor est potentia calefactiva.
- *Principio passivo*, quod est principium transmutandi ab alio. Et hæc comes est materiæ Hæ duæ acceptiones sunt principaliores, & magis propriæ. *Ex Arist. 9. Metaph.*

Activa, qua agens agit tanquam principio *quo*, & est in agentibus.

- *Inanimatis*, ut calor in igne est potentia calefactiva.
- *Intellectualibus*, seu *cognoscitivis*, eaque vel est
  - *Immaterialis*, quoad esse & operari, ut sunt potentiæ Angelorum.
  - *Materialis*; quoad esse & operari, ut sunt potentiæ sensitivæ.
  - Partim *materialis*, partim *immaterialis*; Mate-

Materialis quoad esse aliquatenus.
Immaterialis, quoad operari, ut intellectus & voluntas in homine.

Passiva, qua aliquid aptum est pati, quam multi ponunt esse de essentia materiæ, ideóque omnis talis potentia secundum illos est potentia *contradictionis*, éstque vel
Conjuncta cum privatione, seu *abjiciens actum*, seu *potentia*, ad formam unam secundum genus, *Ex Cajetano*, quæ reperitur in materia corporum inferiorum.
Separata à privatione, seu *stans cum actu*, seu (ex Cajetano) *potentia ad unicam formam*, qualis est potentia materiæ cœli, ex multorum sententia.
Pure receptiva, quæ nulla actione aut passione recipit formam. Hanc potentiam habet materia cœli, ex eorundem sententia.
Receptiva, & *passiva simul*, quæ media actione & passione recipit formam ab agente; cuiusmodi potentia est in materia inferiorum.
Subiectiva, qua aliquid potest esse subiectum formæ substantialis vel accidentalis: Differt à receptiva, quia receptiva includit subiectivam, & supra illam addit respectum ad diversas formas; quamvis enim ex multorum sententiæ ambæ, sint ipsa materia prima, tamen receptiva plus distinguitur à materia quam subiectiva, quia receptiva propriè est in prædicamento Relationis, subiectiva est plane essentialis materiæ,
Obiectiva, qua aliquid est producibile ab agente;

agente. Hæc est excogitata à *Scoto*, qui dicit res eam habere antequam actu sint extra causas, & propter quam potentiam res habent esse aliquod reale diminutum, quod plus est quam esse cognitum, esse enim cognitum est ens rationis ex Eius sententia, sed esse hoc in potentia obiectiva est esse quoddam reale sed diminutum.

Metaph, fica, seu *potentialitas*, seu *potentia* improprie dicta, proprie est in omnibus intelligentiis, solo excepto Deo, qua intelligentiæ possunt recipere in se nova accidentia, v.g. novas intellectiones, aliaque accidentia spiritualia, quæ intellectus humanus nunquam intelligendo fuit.

Obedientialis, seu *supernaturalis*, quæ respondet potentiæ Dei infinitæ qua omnis creatura obedit Deo, eaque vel est

Activa, qua res elevatur à Deo ad actionem supernaturalem, sicut per lumen gloriæ elevatur intellectus ad videndum Deum per gratiam, ad eliciendum actus charitatis, fidei, spei, & pœnitentiæ.

Passiva, qua elevatur ad recipiendum tantum; Ideoque ab aliis appellatur *potentia ad recipiendum*, & convenit omnibus potentiis receptivis. *Ex Capreolo.*

Ad esse & non esse, qua omnes res quæ sunt à potentia Dei absoluta possunt redigi ad non esse, & contra ea quæ non sunt possunt esse: Sed acceptio hæc licet fortasse sit vera: tamen in rigore non est admittenda, eo quod per illam ponere oporteat potentiam hanc esse in non ente, quod

quod difficile est dictu aliquid esse in non ente tanquam in subjecto: Et communiter nunc solet potentia obedientialis accipi, prout dicit respectum ad actionem aut passionem, supposita entitate rei tanquam fundamento.

Logica, seu *rationis*, est non repugnátia terminorum; ideo ab aliis appellatur *Cohærentia terminorum*, & rectè appellanda est *possibilitas*.

Naturalis, quæ respicit agens naturale, seu ut alii, quæ respicit formam naturalem, sive fiat ab agente naturali, sive supernaturali, seu fortasse melius, *Qua res aliqua habet propensionem* & inclinationem naturalem ad aliquid ut ignis ad ascensum.

Violenta, quæ rei repugnat, seu quæ est contra inclinatiõ ẽ naturalem rei, ut igni descendere

Neutra, qua res neque habent inclinationẽ naturalem ad aliquid, neque naturalem repugnantiam, sicut, inquit, *Scotus*, igni naturale est ascendere, violentum descendere, moveri autem in orbem, quomodo multi existimant trahi ab orbe lunæ proximo, neque esse naturale neque violentum, sed præter naturam, & ei convenire *Ex potentia neutra*; sic, inquit, in superficie est potentia neutra ad albedinem aut nigredinem. Hanc õnino Thomistæ negant: sed admittunt Conimbricenses in artificialibus tantũ, sicut ex ligno potest fieri mensa vel lectica.

Mathematica metaphoricè dicta, sic dicitur quadratum, quod fit ex diametro aliquo inducto, esse potentiam diametri de qua potentia loquitur Euclides 10. Elementorum.

Dei

Dei Absoluta, qua absolutè potest facere quicquid non involvit contradictionem, seu est potentia Dei, quatenus consideratur sine ulla habitudine ad aliud, quatenus potest facere omne id quod vult.

Ordinaria, quæ respicit communem & usitatatum cursum, ordinémque rebus insitum.

Rationalis, quæ oppositorum, qua aliquid potest facere & non facere, facere aliquid & ipsius oppositum, omnibus similiter se habentibus, & hæc si propriè accipiatur, reperitur solummodo in libero arbitrio, ut homo potest velle, & non velle aliquid; Item velle & nolle, id est, potest exercere tam actus contradictorios, quam contrarios.

Irrationalis, quæ est unius tantum, ut ignis tantum calefacit. Quod autem calor ignis induret lutum & molliat ceram, contingit illud ex dispositione ceræ & luti, non ex natura & potentia ignis. *Ex Aristot.*

PRÆCOGNITA

Subjectum, cui Aristoteles attribuit duas præcognitiones *quod* & *quot* sit, per *quid* autem oportet intelligere *quid nominis*, non *quid rei*.

Passio, cui attribuit solam præcognitionem, *quid sit* nimirum *quid nominis*.

Principia, quibus attribuit solam prænotionem quod sint vera.

PRÆCOGNITIO

Quid est
- *Rei*, seu *definitio* seu *quidditas*
- *Nominis*.

Quod est
- *Complexa*, quod res sit vera.

In-

Incomplexa, quod existat

PRÆCEPTA *Decalogi*,

Negativa obligant semper, & ad semper.

Affirmativa obligant semper, sed non ad semper.

PRÆDICABILE

Idem est reipsa cum universali, differunt tamen ratione, quia

Vniversale est id quod est in pluribus.

Prædicabile, id est quod dicitur de pluribus, aut aptum est ut prædicetur.

In Quid

Late, sic *omne* quod est essentiale rei prædicatur in quid, ut genus, & differentia & species.

Stricte, quod per modum totius, seu determinabilis prædicatur, ut sola genera & species, non differentiæ.

Quale

Essentiale, ut solæ differentiæ specificæ.

Accidentale, ut sola accidentia tam communia quam propria, separabilia quam inseperabilia.

PRÆDICAMENTUM

Est ordinata quædam series generum & specierum sub uno communi genere contentarum, cujus vocabuli author inter Latinos primus fuisse videtur *Boetius*.

Spectat ad

Metaphysicum, intentionaliter primo, id est quatenus res cohibet.

Logicum, intentionaliter secundo, id est quatenus res, ut habent rationem prædicati & subjecti complectitur.

In

In illo aliquid ponitur

Per se, ut genera ut species sibi subordinatæ.

Per alterum, seu collateraliter, seu indirecte ut differentiæ.

Reductivè & per accidens ut

Motus, ad prædicamentū sui termini ad quē.

Privatio ad habitum.

Imperfectum ad perfectum.

Principium ad principiatum.

Extrinsecum, ut Deus, sed valde improprie.

Intrinsecum, ut punctum aut unitas. *Hæc Dominicus de Flandria.*

PRÆDICATIO.

Naturalis, quæ rei naturæ congruit.

- *Identica*, in qua idem prædicatur de seipso, ut Socrates est Socrates: gladius est ensis, vestimentum est indumentum.
- *Directa*, est in qua id quod est quasi forma prædicatur de eo quod se habet illius comparatione, ut materia, ut cū animal enunciatur de homine: album de nive.

Non naturalis, quæ rei naturæ non convenit, eaque est vel

- *Contra naturam*, seu *indirecta*, in qua id quod subjicitur est veluti forma ejus quod prædicatur, ut animal est homo, album est nix.
- *Præter naturam*, sive per *accidens*, cum videlicet nec id quod prædicatur est tanquam forma ejus quod subjicitur, neq; è contra: Sed ambo sunt quasi formæ unius tertii, ut album est dulce; vel dulce est album.

Ex

Exercita, est in qua verbum *est*, genuinam nativamque retinet significationem, ut Justitia est virtus.

Signata, est quæ fit per hæc verba, *significo*, *prædicor*, *dicor*, *affirmor*, & similia secundarum intentionum verba, vel per verbum *est*, loco ipsorum positum. Ex *Fontano*.

PRÆSENTIA

Sumitur pro

Relatione, & sic est in Categoria ad aliquid.

Fundamento relationis, & sic est in Categoria *ubi*, si sit præsentia localis &c.

Cognitionis, est qua objectum dicitur esse in potentia cognitiva quando actualiter cognoscitur, licet ab eo realiter distet.

Indistantiæ, est qua unũ distat localiter ab alio.

Localis, quæ est inter duo corpora existentia in locis, aut qualis est corporis locati ad locum.

Sacramentalis, quomodo corpus Christi Domini est præsens in Sacramento Eucharistiæ.

PRÆTERITUM

Formaliter, est ipsa præteritio.

Denominativè, est res quæ præterit.

PRÆTER NATURAM, id est naturali inclinatione nec inclinante nec repugnante. Et sic animæ præter naturam est vivere extra corpus.

PRIMO DIVERSA, sunt illa quæ nihil idem includunt, & quæ in nullo conveniunt, seu *quæ* primo dividunt genus generalissimum tanquã species immediatæ, ut substantia & accidens, tametsi Scotus & ejus sequaces paulo strictius ea accipiunt.

PRIMUM aliquid dicitur, vel quia est *Ante aliud*, id est, *per relationem*, quam habet ad aliud. *Sim-*

Simpliciter ut Deus.
In genere, ut substantia.
Ab ipso aliud, id est *per relationem*, quam alia habent ad primum.

PRINCIPIUM
Dicitur
Ex quo
Quodcunque initium sumit: sic punctum est principiū lineæ, & unitas numeri.
Incipit motus: sic privatio est principium generationis.
Facilius incipit motus: ut siccitas ligni, respectu combustionis.
Inexistente aliquid fit; Et sic materia & forma sunt principia.
Aliquid fit tanquam ex parte quantitativa, quod est commune fundamentum aliorum. Et hoc modo cor dicitur principium animalis.
Unde motus & sic efficiens dicitur principium motus & mutationis.
Quod primo cognoscitur, & per quod alia cognoscuntur, & sic dicitur de principio doctrinæ.
Formaliter, est relatio principii ad principiatum.
Denominative, est res cui relatio principii advenit.
Primum primitate
Causalitatis, sic finis est primus primitate causalitatis, est enim prima causa absolute, qua substracta cæteræ oriantur.
Prædicationis, ut forma et privatio in genere sumpta, quæ analogicè reperiuntur cum in substantia tū in accidentibus: & sic forma & privatio sunt communia omnibus

mutationibus substantialibus & accidentalibus.

Constitutionis, seu *compositionis*, seu *esse* ex quo res constant, sic sola materia & forma sunt principia.

Transmutationis, seu *generationis*, seu *in fieri*, sic sunt tria principia: materia, forma, & privatio.

Constitutivum, idem est cum principio constitutionis.

Distinctivum, quo aliquid distinguitur ab alio
- In creaturis idem est principium distinctivum & constitutivũ, cum per idem unumquodq; distinguatur per quod constituitur:
- In divinis tamen multi dubitant, cum prima persona constituatur in esse Patris per generationem activam, non autem per eam formaliter distinguatur à Spiritu Sancto, sed per spirationem activam.

Immediatum generationis
- *Quod*, ut est generans.
- *Quo*, *Primarium*, ut est forma substantialis generantis.
- *Secundarium*, ut est forma accidentalis in generante.

Activum
- *Quod*, seu *principale*, est cui principaliter tribuitur actio, quale est compositum ipsum, seu suppositum.
- *Per Quod*, seu *directivum*, Est per quod dirigitur principale agens in sua actione, sic forma substantialis rei est principium per *quod*.
- *Quo*, seu *instrumentale*, est ratio instrumentalis qua agens agit, sic formæ accidentales

sunt

sunt principia *quibus*, seu instrumenta substantiæ.

Passivum est vel

Materia ipsa.

Dispositiones præviæ in materia.

Essendi, ut materia & forma.

Fiendi, ut privatio, & materia, & forma.

Cognoscendi, sicut *axiomata*, seu *dignitates*, & universaliter principia respectu conclusionum.

Per accidens

Pure, ut musicum esse respectu ædificii.

Non pure, est quod in aliquo sensu potest esse principium *per se*, ut privatio quatenus est conjuncta materiæ, quatenus vero secundum se consideratur, est principium per accidens.

Per se.

Per modum

Subjecti, sicut materia.

Originis seu *termini* à *quo*, sicut privatio.

PRIORITAS seu PRIMITAS

Generationis, seu *temporis*, seu *productionis.*

Perfectionis, sic substantia est prior accidente.

Adæquationis, ut loquitur *Scotus*, seu *convertibilitatis*, sic illud est prius quod adæquat aliud secundum totum ambitum sui & illud est posterius quod non adæquat. Hæc autem prioritas est vel

Extensiva, ut animal respectu hominis, quatenus est totum universale.

Intensiva, ut homo, quatenus est totum essentiale, & componitur ex animali & rationali; sic enim cohibet totam essentiam animalis & amplius.

Immediationis, seu *præcisionis*, est quando aliquid immediatius inest alicui quam aliud, ut albedo immediatius inhæret superficiei quam parieti; ideo superficies erit subjectum albedinis primum, prioritate immediationis.

Principalitatis, sic supposita principalius agunt quia agunt *ut quod*, quam formæ, seu rationes agendi quia agunt tantum ut *quo*.

Loci, seu *situs*, seu *locabilitatis*, ut loquitur *Ariminensis*, sic ignis est prior aëre: quia propinquior primo loco, nimirum circumferentiæ cœli.

Motus: quia illud est prius, quod est propinquius primo moventi.

Ordinis, in
- *Naturalibus*, sicut superiora sunt priora inferioribus, dextrum sinistro, anterius posteriore.
- *Politicis*, sic dux prior est milite, & qui propinquior est Regi, prior est remotiore.
- *Artificialibus*, sic fundamentum est prius tecto.

Cognitionis, seu *in disciplinis*, sic partes definitionis sunt priores definito: principia conclusione.

Definitionis, cujus definitio prærequiritur ad definitionem alterius, sic substantia est prior accidente.

Naturæ, secundum causalitatem: sic causa est prior effectu. Hic est primus modus prioritatis naturæ, quem posuit Aristoteles in Postprædicamentis.

Consequentiæ, seu *communitatis*, à quo non convertitur subsistendi consecutio, ut unum est prius duobus; & hic est secundus modus prio-

prioritatis naturæ, quem posuit Aristoteles in Postprædicamentis.

Secundum causam

Efficientem, seu *prioritas potentia activa*, seu *principii activi*, seu *causalitatis effectivæ*, seu *efficientiæ*.

Materialem, seu *ex genere causæ materialis*

Et hoc modo imperfectiora sunt priora perfectis.

Exemplarem, seu *secundum formam*.

Finalem, à qua sic aliæ causæ dependent, ut hac sublata desinant influere & operari.

Eminentiæ, ut vult *Bassolis*, seu *nobilitatis*, seu *excellentiæ*, seu *dignitatis*, sic ea quæ sunt nobiliora sunt priora.

Independentiæ, sic illa sunt priora à quibus alia dependent, ipsa autem non dependent ab illis.

Originis, si proprie accipiatur, distinguitur à prioritate temporis & naturæ, quia latius patet: cum reperiatur in divinis, in quibus nulla est prioritas, neque naturæ, neque durationis.

Durationis, latius patet quam temporis prioritas, si proprie accipiatur, eo quod communis sit cum æternitati, tum ævo, tum tempori.

Termini à quo, seu *privationis*, à quo progreditur generatio.

Attributionis, ut vult *Ariminensis*, seu *prædicationis*, sic genera superiora sunt priora inferioribus.

Potentiæ, sic ea quæ sunt imperfectiora sunt priora.

Actus, sic ea quæ proprius accedunt ad actum & perfectionem sunt priora.

Radicationis, sic cor est primum membrum corporis humani, quia est id quod primo generatur,

ratur, & in quod cætera membra radicantur.

Consilii, seu à *consilio*, seu ab *instituto*, reperitur in his quæ non sunt priora ex natura, sed ab institutione humana.

Virtutis, secundum quam inter objecta intellectus illud est prius prioritate virtutis, virtute cujus cætera omnia cognoscuntur.

Intentionis, sic finis est prior iis quæ sunt ad finē.

Excellentionis, sic media sunt priora fine.

Numeri, sic unum est prius duobus.

In Essendo

Fiendo.

Cognoscendo.

In quo seu *præcessionis.*

Ex quo, est qua aliquid est ab alio originaliter. *Ex Aureolo* qui non aliter explicat hanc distinctionē

PRIVATIO

Sumitur pro

Altera parte contrarietatis, quæ est minoris perfectionis, & sic nigrum est privatio albi.

Forma

Tendente, ad non esse, & sic forma quæ corrumpitur est privatio formæ generandæ.

Diminuta: tendente ad ulteriorem perfectionem.

Carentia unius cum aptitudine ad aliud, & sic cæcitas est privatio visus.

In privari, seu *fieri*, seu *commixta* cum habitu, quæ non totaliter removet habitum, sed est via ad ejus corruptionem, sicut ægritudo est privatio sanitatis, & ab ista datur regressus ad habitum.

In privato esse, seu *pura*, seu *privatio simpliciter* quæ,

quę totaliter corrumpit habitum: multiplex est, quædam quæ

Habet immediatum ordinem ad subjectum, sicut se habent tenebræ ad aërem.

Non habet ordinem immediatum ad subjectum, nisi mediante alio, eo quod habitus ei conveniat per se, privatio vero tantum per accidens, sic sunt cæcitas & mors.

Tollit simul habitum, & potentiam à qua nullus datur regressus.

Tollit habitum solum, non autem potentiam cui ille insidet, & ab hac datur tantum regressus: sic tenebræ lumen quidem aëris tollunt; non autem potentiam recipiendi, seu diaphanietatem, sic licet morte hominis facultates omnes corporeæ depereant & evanescant, non tamen potentia ad illas. Unde animæ in corpus regressus possibilis, qua ratione dezegitur radix resurrectionis ex parte rei contra Philosophos veteres, nec excluditur vis divina.

PROCESSUS

Compositivus à causa ad effectum, & dicitur demonstratio ὅτι, seu *potissima*, seu *propter quid*.

Resolutivus, ab effecto ad causam, & dicitur demonstratio ὅτι, seu *quia*.

PROPORTIO

Proprie est habitudo inter duas quantitates continuas sive discretas, sed transfertur tamen ad alia, ut ad substantiam, qualitatē, actionē, & alia multa, ut videre licet in speciebus allatis. *Proportionalitas* autē est habitudo duarum proportionum inter se: Ideo dicitur proportio proportionum.

Assimilationis, quando extrema proportionabilia habent aliquam assimilationem.

Æqualitatis, quando extrema habent æqualitatẽ.

Perfectionis, quæ aliquoties sũpta ad æquat aliud.

Commensurationis, seu *moventis* ad motum, seu mobile.

Cognitionis ad *cognitum*, qualis est inter species abstractas à phantasmatibus ad substantias separatas.

Attingentiæ qualis reperitur inter actum et potentiam, finitum et infinitum.

Agentis et *passi*, est inter omnia illa quæ aliquo modo agunt et patiuntur.

Habitudinis

- *Naturalis ordinis*, qualis est inter obiectum et potentiam, et generaliter, inter agens et passum, quatenus agens aptum est agere, et passum aptum est pati, secundum potentiam et vires naturales.
- *Obedientialis*, quæ oritur ex potentia obedientiali creaturarum, respectu omnipotentiæ Dei, quæ ex rebus potest facere quæcunque voluerit, et eas elevare ad quotcunque effectus supernaturales, modo non involvant contradictionem, ideoque hæc proportio non oritur ex principiis naturalibus rei, sed ex dicta potentia obedientiali: Et aliter ab aliis dicitur, *non repugnantiæ* seu *accommodationis*, quia nimirum aliqui existimant potentiam obedientialem nihil aliud formaliter dicere, quam non repugnantiam ad tales vel tales effectus: Talis autem proportio est inter finitum et infinitum, inter naturam humanam et divinam in Christo.

Arith-

Arithmetica, consistit in æqualitate excessus et defectus, ut sex æqualiter superant tria, et superantur à novem.

Geometrica, consistit in æqualitate proportionum: ut sicut se habent 8. ad 4. sic 12. ad 6.

PROPOSITIO

Immediata immediatione

Causæ, seu *secundum se* et *ratione* sui *prædicati*, est illa quæ non habet aliam propositionem per quam à priori possit demonstrari prædicatum inesse subjecto, seu est illa inter cuius prædicatum et subiectum nulla mediat causa per quam demonstrari possit: quia prædicatur immediatè, et non per causam inest subiecto.

Conclusionis, est inter quam et conclusionem nulla alia mediat, per quam conclusio demonstretur, sicut ista; Homo est admirativus, est immediata respectu huius, Homo est risibilis, cum inter illam et hanc nulla alia intermediet: sic homo est rationalis, ergo capax disciplinæ.

Subiecti, est in qua nullum aliud mediat subiectum, per quod prædicatum conveniat huic subiecto de quo affirmatur, ut cum passio affirmatur de suo proprio et adæquato subiecto, sicut *risibilitas* quæ nulli alii subiecto medio cõvenit quam homini.

Insolubilis, seu *reflexiva*, seu *inextricabilis*, est quæ assertivè significat se esse falsam, ut hæc, *Dico me nihil dicere*: et posito quòd omnes propositiones essent falsæ, tum hæc propositio falsa, esset insolubilis. Hanc *Dominicus à Soto*, dilemmaticam seu argumentum cornutum,

nutum, sed improprie appellat. Ejus autem species sunt istæ.

Se falsificans.
Se impossibilitans.
Destruens suam
Necessitatem.
Contingentiam.

Officialis, est cujus dictum vel oratio determinatur aliquo termino modali vel aliquo concernente actum mentis: ut si quis ita dicat; stellæ sunt pares, ut mihi videtur: aut quid simile. *Ex Paulo Veneto.*

Præjacens, est quæ ante modalis fuit, sed amotæ sunt notæ quæ modalem constituerant. *Ex Fontano.*

Categorica, seu *simplex* est, quæ habet subjectum & prædicatum et copulam, tanquam partes principales: ut hæc, homo est animal.

Hypothetica, seu *conjuncta* est in qua sunt plures categoricæ conjunctæ, per notam conjunctionis, ut, si curris, moveris.

De inesse, seu *absoluta*, est illa in qua prædicatum sine ullo modo, seu sine appositione alicujus termini dicitur convenire subjecto, ut homo est albus, dicitur de inesse quia est de simplici inhærentia prædicati ad subjectum. Et est vel de

Secundo adjacente, ut homo est.
Tertio adjacente, ut homo est albus.
Verbo adjectivo, ut homo ambulat.

Modalis, est quæ modificatur aliquo ex sex illis modis qui præcipue considerãtur à Logico, nempe contingens, possibile, necessariũ, impossibile, verum et falsum. Quanquam Aristoteles

ſtoteles tantum mentionem faciat priorum quatuor. Igitur hæc propoſitio eſt modalis, Poſſibile eſt hominem currere, neceſſe eſt ſolem oriri, & ejuſmodi propoſitiones habent duas partes, quarum altera appellatur *modus*, & hic eſt *eſt poſſibile*, & altera dicitur *dictum*: quarum uſus eſt, ut negatio modi efficiat propoſitionem contradictoriam, non autem negatio dicti. Ideo ex Ariſtotele iſta ſûnt contradicentia, Poſſibile eſt Petrum currere: Non eſt poſſibile Petrum currere; Non autem iſta: Poſſibile eſt Petrum currere: & poſſibile eſt Petrum non currere, & ſic de aliis.

De extremo conjuncto, eſt, ut Joannes eſt Grammaticus doctus.

Exponibilis, eſt quæ ratione alicujus termini obſcurum habet ſenſum, explicabilem tamen per alias clariores, cujus ſpecies vide apud Summuliſtas.

Dicitur eſſe per accidens,

Metaphyſice, ſic omnis propoſitio eſt per accidens, cujus prædicatum eſt extra rationem formalem, & definitionem ſubjecti: Ideoque ſecundum hanc conſiderationem hæc eſt per accidens: Homo eſt riſibilis.

Logice, cujus prædicatum non habet naturam ſubjecti, pro cauſa neceſſaria & immutabili: ſic hæc eſt per accidens, homo eſt albus: Non autem iſta, homo eſt riſibilis, ſed eſt per ſe ſecundo modo.

PUNCTUS.

Terminans, *eſt quoddam indiviſibile*, *ultra* quod nihil eſt de illa linea.

Continuans, *eſt quoddam indiviſibile*, *Exiſtens*, inter

inter duas partes lineæ, sibi invicem continuas, sine distantia medii, quod partes magnitudinis inter se connectit, ex qua conjunctione oritur continuitas magnitudinis.

Initians, A quo linea initium sumit.

Q.

QUALITAS

Symbolizans, secundum quam elementa dicuntur Symbolizantia: sicut ignis & aër in calore, terra & ignis in siccitate, aqua & aer in humiditate.

Non Symbolizans, sicut est calor respectu terræ & ignis, in quo non symbolizant, & sic de aliis.

Uniformis est illa, cujus omnes gradus sunt æqualiter intensi per totam superficiem.

Difformis est, cujus nõ omnes gradus sunt æqualiter per totam superficiem intensi, ut calor cujus una medietas sit ut quatuor, & altera ut sex. Duplex autem est:

Uniformiter difformis, cujus quilibet gradus intrinsecus tantum excedit præcisè inferiorem, quantum exceditur à superiori æqualiter distante, ut lux in aëre distans duobus pedibus à luminoso, tantum superat in intensione lumen tribus pedibus ab agente distans, quantum ipsa superatur à lumine uno solum pede distante ab agente.

Difformiter difformis est, cujus non quilibet gradus intrinsecus tantum excedit inferiorem, quantum exceditur à superiori æqualiter

liter distantes hoc patet in igne, cujus effectus pro ratione partium subjecti patientis, & activitatis accrescentis vel decrescentis, intensior aut remissior est.

Generatur, vel

à *Simili sibi*, ut calor à calore.

Per viam sequelæ, sic multæ qualitates sunt in mixtis, quæ sequuntur mixtionem quatuor primarum qualitatum.

QUANTITAS

Propria, seu *molis*, seu *dimensiva*, quæ consistit in extensione, & propriè est in genere quantitatis, ideoque dicitur *Quantitas prædicamentalis*. Estque

Discreta, seu *multitudinis*, seu *Arithmetica*.

Continua.

Durationis, seu *successiva*, ut tempus juxta quam dicitur esse mensura omnium corruptibilium & generabilium.

Extensionis, seu *extensiva*, seu *permanens*, est magnitudinis extensæ. Et hæc dividitur in lineam, superficiem & corpus.

Impropria, seu *transcendentalis*, quæ consistit in perfectione essentiali, vel accidentali uniuscujusque rei, secundum quas res dicuntur esse æquales vel inæquales per analogiam ad quantitatem. Estque vel

Perfectionis, seu *intensiva*, quæ respicit esse rei.

Virtutis, seu *vigoris*, quæ respicit agere: sic dicimus Deum esse infinitæ virtutis in agendo, & creaturas esse finitæ & limitatæ.

Interminata, seu *simplex*, seu *in potentia*, quam Averroes, & alii dixerunt esse adnexam materiæ tanquam quid ei coævum, est trina dimensio

mensio in genere quantitatis secundum se considerata, quatenus expers est omnis termini. Aliud enim est esse quantitatis, Aliud terminus illius. Quod ex eo patet, quod aër aut quodlibet aliud corpus potest variis figuris & terminis circumscribi, manente semper eadem quantitate secundum essentiam: Terminus igitur quantitatis differt à quantitate, sicut accidens à subjecto.

Terminata, est quantitas quatenus actu terminatur aliquibus terminis, bipedali, tripedali, aut ejusmodi.

QUID

Nominis, est quando ratio impositionis nominis tantum per etymologiam aut quid simile explicatur, ut si homo definiretur, esse id quod factum est ex humo, aut lapis, quod pedem læderet.

Rei est ipsa definitio, seu *Ratio essentialis* explicans essentiam rei, ut homo est animal rationale: lapis mixtum compositum ex quatuor elementis, durum, &c,

QUIDDITAS est abstractum ejus quod ab Aristotele multis in locis appellatur, *quod quid erat esse rei*, & sumitur aut pro

Natura & essentia rei, sic rationalitas est natura & quidditas hominis, ideo specialiter ponitur in definitione formæ, *forma*, est quid quod erat esse rei.

Definitione, explicante naturam & essentiam rei, ut animal rationale est quidditas hominis,

QUIDDITATIVUM

Essentiative, ut species infima.

Constitutive, ut materia & forma, genus & differentia.

Speci-

Specificative, ut differentia specifica, quæ ultimo constituit rem in esse specifico.

Indicative, seu *ut secunda intentio*, sicut definitio quæ indicat & explicat essentiam rei.

Prædicative, & *appropriate*, est illud quod prædicatur in *quid*.

Consecutive, ut passiones propriæ quæ consequuntur essentiam.

Repræsentative, ut species intelligibilis, Quia repræsentat intellectui possibili rei quidditatem, latentem sub phantasmate. *Hæc Canonicus.*

QUIES

Sumitur, vel pro

- *Sola motus* privatione.
- *Existentia mobilis in naturali sede.* Sic quies est finis & perfectio motus.

Naturalis, ad quam forma naturaliter inclinatur.

Violenta, quam forma naturaliter abhorret.

Privativa, est carentia motus cum aptitudine ad illum.

Positiva, est dispositio apta nata immediate acquiri per motum; seu forma realis acquisibilis per motum.

R

RATIO

Sumitur, pro

- *Ipsomet intellectu*, & *potentia rationali.*
- *Ratiocinatione*, seu *discursu.*
- *Modo methodóque tractandi.*
- *Definitione.*
- *Natura*, & *essentia rei.*
- *Causa*, seu *eo quod* aliquam rationem causæ habet,

habet, præcipuè pro causa formali, aut eo quod habet quomodocunque rationem causæ formalis.

Superior, *Est quæ intendit rebus Æternis.*

Inferior, *Est quæ intendit rebus Temporalibus.*

Ratiocinans, est intellectus quatenus actu ratiocinatur, vel *conceptus formalis*. Et respondet arti, quæ est in mente artificis.

Ratiocinata, est conceptus objectivus, seu quidditas in re expressa per definitionem, et respondet operi arte facto.

RATIONALE *per*

Essentiam, est Intellectus.

Participationem, ut reliquæ potentiæ, quæ possunt reduci ad appetitum:

Intellectivum, qui dicitur *voluntas*, et hæc dicitur *rationalis*, quia sequitur rationem.

Sensitivum, qui appellatur *sensualitas*, quique ideo dicitur *rationalis*, quia est aptus regulari per rationem. Estque duplex:

Irascibilis.

Concupiscibilis.

RATIONES, seu *formæ causales rerum*,

Primordiales, seu *æternæ*, sunt quæ fuerunt ab æterno in mente divina.

Seminales, sunt quædam habilitates, seu aptitudines à Deo inditæ rebus naturalibus ex quibus aptæ sunt causare naturales effectus secundum suas potentias activas et passivas: ideoque omnes rationes seminales sunt naturales, licet non è contra.

Obedientiales, seu *potentiæ obedientiales*, sunt in creaturis respectu Dei tantum. Est enim in omni

omni creatura potentia, ut de ea fiat quicquid contradictionem non involvit.

Naturales, sunt quæcunque potentiæ reducibiles ad actum naturaliter & virtute agentis naturalis, quantum ad effectum, & quantum ad modum.

REALITAS

Est diminutivum dictum a re. Et distinguitur à *Scotistis*, qui primi hujus vocis inventores fuere, à re; Quod res sit id quod per se potest existere, aut quod habet essentiam aliquam realem plenam, & non sit pars rei. *Realitas* autem sit aliquid minus re. Ideoque ponunt in unaquaque re multas realitates, quas alio nomine appellãt *formalitates* ut in homine sunt realitates esse substantiæ, & viventis, & animalitas; & ultima deniq; realitas per quã constituitur in esse hominis tanquam per differentiam ultimam, & ea est rationalitas.

Subjectiva, est qua aliquid est divisibile per differentias formales, ut animal per rationale et irrationale.

Objectiva, est quæ non est sic contrahibilis per differentias, sed quæ potest objici intellectui.

RECIPROCATIO

Propriarum passionum, est secundum potentiam, ut quicquid est homo, est risibile, et è converso.

Relativorum, est secundum actum et dependentiam, ut pater est filii pater, et filius est patris filius.

RELATIO

Secundum

Esse, seu *relatio* proprie, seu *simpliciter*.

Æquiparantiæ, seu *æqualis comparationis*, ut æquale, simile, inæquale.

Disquiparantiæ, seu *inæqualis comparationis*, éstque

Superpositionis, seu *majoris comparationis*, seu *superabundantiæ*, seu *præcessionis*, ut pater, dominus, magister, & cætera quæ sunt digniora iis ad quæ referuntur.

Suppositionis, seu *minoris comparationis*, ut filius, servus, discipulus, & alia omnia minus digna iis ad quæ referuntur.

Dici, seu *impropriè*, seu *rationis*, est qua aliquid secundum naturam suam non ad aliquid aliud refertur, sed tantum secundum rationem. Ideoque hujusmodi non pertinent ad Prædicamentum *Relationis*, sic caput dicitur esse capitati caput, sic membrum, manus, pes & ejusmodi.

Prædicamentalis, reperitur tantum in Categoria Relatorum, nec transgreditur illius limites.

Transcendentalis, est qua aliqua nihil aliud essentialiter sunt, quam ipsi respectus ad suos terminos; & in hoc essentialiter differunt relata transcendentia à prædicamentalibus, eo quod prædicamentalis relatio est accidens alicujus rei et superveniens de novo, cum res illa essentialiter aliud sit quam ipsa relatio, ut ih parte est substantia, seu natura humana cui superadditur relatio paternitatis, & sic de aliis. Transcendentalis autem est, ipsa essentia rei, ita ut in relatis transcendentalibus non reperiantur duæ res, natura scilicet & relatio super-

superveniens: Sed ipsa sola natura rei formaliter ad aliud tanquam ad terminum refertur. Et talis relatio est actus & potentiæ, materiæ & formæ, potentiæ & objecti.

Fundatur in.

Unitate, secundum quam aliqua sunt eadem in natura vel forma, & ejus species sunt Relationes:

Identitatis, quæ non est realis.
Æqualitatis.
Similitudinis.
Propinquitatis.

Multitudine, secundum quam aliqua sunt divisa in natura aut forma, cujus species sunt Relationes

Diversitatis, seu *distinctionis.*
Inæqualitatis.
Dissimilitudinis.
Distantiæ.

Actione, & *passione*, per quas non tantum intelligit Aristoteles actiones & passiones proprie & stricte dictas: Sed etiam causalitatem illam, quæ intercedit inter materiam & formam. Item respectum, illum qui fundatur in principio activo ad subjectum passivum, antequam detur actio. Et ad hoc genus possumus reducere relationem dependentiæ, quæ est in natura humana ad suppositum divinum.

Mensura, qua unum Relatorum est mẽsura aut quasi mensura & exemplar correlativi sui, & talis relatio reperitur inter scientiã & scibile, visum & visibile, intellectum & intelligibile. Quam relationem Aristo-

teles docet non esse mutuam, eo quod scientia visus, intellectus, relatione reali referantur ad scibile, visibile, et intelligibile; Ista autem non ideo sunt relata quia ad aliud referuntur, sed quia alia ad se referuntur. *Ex Conimbricensibus.*

à *Natura.*

Fortuna.

Ab Arte.

Anima, ex Damasceno.

Mutua, ut Patris ad Filium.

Non mutua, ut scientiæ ad scibile.

Intrinsecus adveniens, est quæ posito fundamento et termino necessario resultat, ut posita albedine in duobus parietibus necessario resultat relatio similitudinis. Et hujusmodi relationes existimavit *Scotus*, non differre realiter à fundamento.

Extrinsecus adveniens, est quæ posito fundamẽto et termino non necessario resultat: sicut posito igne et ligno, non necessario exurgit relatio combustivi et combustibilis, nisi approximentur et adsint alia requisita. Ideoq; hujusmodi relationes existimant iidem Scotistæ differre realiter à fundamento, eo quod unum possit existere sine altero. Sed sciendum est illos non accipere fundamentum proximum sed remotum. Ideoq; non id mirum esse, si posito fundamento relationis et termino non inde resultet relatio, Impossibile autem est ut positis termino et fundamento proximo, non inde exoriatur relatio; ut in dato exemplo, actio est proximum fundamentum, quã alii appellant tantum rationem fundandi quæ intermediat

inter

inter ignem & lignum, posita autem actione necesse est oriri statim relationem combustivi & combustibilis inter ignem & lignum.

RES

Dicitur, vel à

- *Ratus*, ta, tum, & sic idem est quod firmum, unde illa entia tantummodo res dici possunt quæ habent entitatem firmam & realem, Cujusmodi sunt entia realia, ut lapis, homo, &c.
- *Reor*, *reris*, per quod importatur respectus ad actum Intellectus: Et sic res dicitur non tantum de entibus realibus, sed etiam de iis quæ habent esse in intellectu, quales sunt secundæ intentiones & universalia.

Potest esse

- *In potentia tantum*, & sic rosa generanda dicitur esse, quia est in potentia passiva materiæ, & reliquarum causarum.
- *In actu completo*, ut Socrates actu existens.
- *Fundamentaliter*, & sic universalia nullo intellectu cogitante sunt, quia fundamentū universalitatis est in ipsa natura, licet relatio superaddita, aut id quod est in eo secundæ intentionis, non sit à parte rei, neque in natura, sed in intellectu.

Incipit per

- *Primum* sui *esse*, seu *intrinsece*, ut substantiæ & omnia quæ fiunt in instanti.
- *Vltimum* sui *non esse*, seu *extrinsece*, ut motus, & omnia quæ fiunt cum successione.

Definit per

Primum sui non esse, seu *extrinsece*, ut substantiæ & motus.

Vlti-

Ultimum sui esse, seu *intrinsece*: ut indivisibilia rerum successivarum: momenta, & mutatum esse.

RESISTENTIA

Negativa consistit in sola incapacitate subjecti ad recipiendam formam, quomodo corpus cœleste dicitur resistere calori ignis, cujus est incapax.

Privativa, seu *passiva* est qua subjectum, tametsi sit aptum ad recipiendam formam ab agente, ei tamen aut neutiquam aut ægre cedit, & ejus actionem remoratur, verum sine ulla actione; ut cum navis trahere conanti immota obstitit, & saxum prædurum frangere nitenti.

Contraria, est qua quidpiam actione sua cum adversario congreditur, ejusdem vim contrapugnando quoad potest debilitat; ut cum igni resistit aqua per frigiditatem, ejus calorem remittendo, activitatemque retardando.

Motus aut est ex
Mobili.
Medio.
Utroque.

S

SCIBILE

Propinquum, est conclusio quæ demonstratione cognoscitur.

Remotum, est ipsa res quam regit conclusio scibilis.

SCIENTIA

Sumitur pro
Cognitione certa, infallibili ex principiis veris, primis,

primis, immediatis, & per se notis, & sic proprie & in rigore accipitur.

Omni cognitioni infallibili, & certa, quæcunque ea sit, causata ex principiis certis, licet non demonstrativis.

Perfecta

In genere, est per quam res cognoscitur secundum aliquam determinatam rationem, ut animal, quatenus rationale, aut homo quatenus est risibilis.

Simpliciter, est per quam res cognoscitur secundum omnem rationem, ut si cognoscatur animal quatenus est animatum, substantia, corpus, & ejusmodi.

Imperfecta.

Subalternans, quæ procedit ex principiis per se notis, quæ in scientia superiore non demonstrantur.

Subalternata, quæ procedit ex principiis per se notis, sed in scientia superiori demonstratis: Ideoque scientia alteri potest subalternari. Vel ratione.

Finis, in quantum finis unius scientiæ ordinatur ad finem alterius, sic omnis scientia practica subalternatur politicæ, sic equestris militari.

Subjecti, ut cum subjectum inferioris scientię se habet ad subjectum superioris tanquam ejus species, vel aliquo modo inferius & contrahens illud, & contingit hoc duobus modis.

Directe, & per se, sicut homo est inferius animali, & omnia creata sub ente.

Indirecte, & per accidens sic perspectiva subal-

ſubalternatur Geometriæ, quia linea non includi viſualitatem per ſe.

Principiorum, ut quando principia unius ſcientiæ innoteſcunt ex principiis alterius, ſic Medicina ſubalternatur Phyſicæ. Et ex ſententia D. Thomæ Theologia ſcientiæ Dei & Beatorum.

Modi argumentandi, ſic omnes ſcientiæ ſubalternantur Logicæ, ut vult *Gratia Dei*.

Moli, quia una dicit *quia* tantum, & alia *propter quid* de eadem concluſione: ſic ſcientia de animalibus quæ tractatur ab Ariſt. poſſet dici ſubordinari ſcientiæ de partibus animalium eiuſdem, quia in hac datur ratio propter quam animalia his & illas habent partes, in illa quod has & illas habeant.

Dialectica, ſeu *rationalis*, eſt quæ modum recte diſſerendi et argumentandi docet. Ideoque omnibus aliis ſcientiis interuit.

Moralis, eſt quæ circa virtutes et actus humanos verſatur quæ ſola à Socrate, Platone, et ab omni Stoicorum Schola *Philoſophiæ* nomine per excellentiam cohoneſtata fuit.

Naturalis, eſt quæ lato ſumpto vocabulo extendit ſe ad

Metaphyſicam, quæ verſatur circa ens communiſſime ſumptum, complectiturque totam latitudinem entis ut ens eſt: et ab aliis ſcientiis diſtinguitur, eo quod abſtrahat ab omni materia, cum ſenſibili, tum intelligibili.

Phyſica, ſtricte ſumpto vocabulo, in qua conſideratur tantum corpus naturale, ſeu ens mobile et illius principia et paſſiones:

diſtin-

distinguitur autem ab aliis scientiis: quia abstrahit à materia tantum singulari sensibili.

Mathematicam, quæ abstrahit à materia sensibili, singulari & communi: Estque vel *pura*, ut

Geometria, quæ versatur circa magnitudinem, quam abstrahit ab omni materia sensibili, sed non intelligibili.

Arithmetica, quæ versatur circa numerum, quem abstrahit ab omni materia sensibili & intelligibili, ut docet Aristot. 2 Physic.

Mixta, ut perspectiva, & musica.

Supernaturalis, quæ propriè appellatur Theologia, agit de Deo, & rebus divinis, quatenus revelatæ sunt in Scripturis.

Dei,

Simplicis intelligentiæ, est cognitio rerũ secundum essentiam, & omnes earum modos, affectus & effectus possibiles, sive aliquando de facto existant, sive non.

Practica, quæ est cognitio vel conceptus rei à Deo faciendæ, non differt in intrinsecis à scientia simplicis intelligentiæ respectu ejusdem objecti (quamvis alioquin illa latius pateat ex objecto, cum etiam sit de peccatis & cæteris) sed tantum in extrinsecis, eo quod objectum ejus sit actu faciendum, vel quod hæc scientia sit actu directura operationem divinam, aut quod primum est, quod hæc scientia superaddat determinationem voluntatis divinæ qua conceptus rei, ex scientia

tia simplicis intelligentiæ determinatur ad opus, (quia Deus vult eam creare) & fit conceptus rei faciendæ, cum ante esset conceptus rei possibilis tantum, indifferentis ad fieri & non fieri. Quia vero voluntas divina determinans scientiam simplicis intelligentiæ, alia est alia specialior, prout opus specialius à Deo amatur, approbatur & intenditur, specialiter vocatur scientia approbationis.

Visionis, intuitiva, qua Deus res videt in certa differentia temporis.

Absoluta, qua videt res existentes, vel quæ existent. Hæc autem est triplex, secundum varium effectum voluntatis divinæ ad rem visam.

Approbationis, quæ est scientia eorum quæ Deus videt & approbat, ut justos & eorum opera.

Reprobationis positivæ, qua dicitur nescire & ignorare quæ reprobat, ut peccata & peccatores.

Reprobationis negativæ, est eorum ad quæ quasi indifferenter se habet, quod ea neque specialiter probet, neque improbet: ut actus indifferentes.

Conditionalis, est eorum quæ quavis conditione posita de facto existerent, sive illa conditio à parte rei ponenda sit vel non.

Comparantur vero hæ scientiæ inter se hoc modo: prima & secunda scientia sunt abstractivæ, tertia intuitiva. Secundo, tertia est

est purè speculativa, prima & secunda etiam practicæ: Sed scientia simplicis intelligentiæ in actu primo, vel remotiore: altera vero in actu secundo, & propinquiore. Unde hæc sola est causa rerum proximè & propriè. Tertio, scientia simplicis intelligentiæ & scientia conditionalis sunt Deo omnino naturales & necessariæ, cæteræ liberæ, quatenus includunt vel supponunt liberam determinationem Dei circa creationem mundi, & creaturarum.

Naturalis, seu *necessaria*, est illa per quam ita cognoscit, ut non potuerit aliter intelligere; v. g. illa per quam cognoscit & comprehendit propositiones æternæ veritatis, ut homo est animal rationale, & ejusmodi.

Libera, est per quam ita intelligit, ut potuerit aliter intelligere. v. g. illa per quam novit cras fore sudum tempus.

Media, qua cognoscit quid acturum esset liberum arbitrium pro sua innata libertate, si in hoc vel illo ordine aut circumstantiis collocaretur: cum tamen posset, si vellet, reipsa facere oppositum. Ista autem scientia non est in Deo ratione sui arbitrii: sed solum comparatione creati arbitrii. Ejusque acerrimus assertor est *Molina*.

SENSIBILE

Proprium, seu *per se primo*, est in quod propriè & per se fertur sensus tanquam in objectum suum, ut coloratum visus: sonus respectu auditus.

Commune, seu *per se secundo*, est quod non uno, sed multis percipitur sensibus: Cujusmodi sunt ista. Re-

Remotio, distantia & situs.
Corporeitas.
Figura.
Magnitudo.
Continuitas.
Discretio.
Numerus.
Motus.
Quies.
Asperitas.
Lenitas.
Raritas.
Diaphaneitas.
Spissitudo.
Soliditas.
Pulchritudo.
Turpitudo.
Similitudo.
Dissimilitudo, seu *diversitas*, & si quæ aliæ sunt reducuntur ad illas, ut curvitas & rectitudo ad figuram, multitudo & paucitas ad numerum. Aristoteles autem quinque tantum ponit sensibilia communia, scilicet magnitudinem, figuram, numerum, motum & quietem; quia solum ista sunt fundamenta sensibilium propriorum. Omnia autem alia reducuntur ad ista: sicut situs et distantia reducuntur ad magnitudinem, asperitas & lenitas ad figuram. *Ex Paulo Vencto.*

Per accidens, est quod non per se movet sensum, sed ea tantum ratione sentiri dicitur, qua est conjunctum cum eo, quod per se cadit sub sensum: ut substantia.

Elici-

Elicitivè, eſt quod eſt natum aptum ſentire, ſeu elicere ſenſationem. Et hoc modo animal eſt ſenſibile.

Repræſentativè, ut ſpecies objecti.

Objectivè, eſt quod eſt objectum ſenſus: ſic color eſt ſenſibilis: & quatuor primæ qualitates ſunt ſenſibiles. *Hæc Brulefer.*

SENSUS

Sumitur pro

- *Significatione*, enunciationis aut orationis, unde dividitur in ſenſum
  - *Compoſitum*, quando aliquid cum alio in enunciatione conjungitur, ita ut fiat una enunciatio ſimplex: ut in hac propoſitione: poſſibile eſt ſedentem currere, ſi curſus componatur cum ſedente, falſa erit propoſitio: quia nõ poteſt ſimul & ſedere & currere.
  - *Diviſum*, cum aliquid ab alio ſeparatur in enũciatione, ita ut non ſit amplius unus ſenſus, ſed diviſus, unde oriuntur quaſi duæ enũciationes, ut in data propoſitione, ſi curſus dividatur à ſeſſione, ita ut ſit ſenſus eum qui ſedet poſſibile eſſe currere, vera erit propoſitio. Et ſic de aliis multis.
  - *Reduplicativum*, ut ignis quatenus eſt calidus calefacit, ſigna enim reduplicationis cauſam deſignant, propter quam attributum ſubjecto tribuitur, aut ab eo removetur.
  - *Specificativũ*, ut ignis quatenus eſt ignis aſcendit: in hoc ſenſu ſigna quatenus, ut, & cætera, certam tantum exprimunt

munt rationem sive conditionem sub qua alterum alteri tribuitur, aut ab eo removetur, non autem causam; sic cum dicimus ægrotum sanari, indicamus sub qua ratione homini conveniat sanitatem recipere.

Anima sensitiva.

Potentia sensitiva, quæ dividitur in sensus,

Exteriores, quinque.

Interiores, totidem.

Partem.

Apprehensivam.

Appetitivam.

Actu, seu *operatione sensitiva*, quæ est actus vitalis, & dicitur sensatio.

Organo sensitivo.

Aggrega o, ex

Anima, & potentia.

Organo, & anima.

Potentia, et *organo. Hæc Paulus Venetus.*

Prout sumitur pro potentia sensitiva potest considerari tripliciter, vel quatenus

Recipit speciem ab objecto, sic dicitur ab Aristotele pati, et species illa dicitur impressa.

Informata specie, elicit actum sentiendi, et tunc dicitur formaliter sentire, et species ista est expressa.

Eundem actum in se recipit, et sic se habet ut objectum.

SIGNA

Rememorativa, sunt quæ præteritum aliquid in memoriam reducunt, ut Iris est signum diluvii. Genes. 6. Circumcisio Justitiæ fidei.

De-

Demonſtrativa, ſunt quæ præſentia monſtrant, ut fumus ignem.

Prognoſtica, ſunt quæ futura prænunciant.

Naturalia, ſunt quæ apud omnes idem ſignificant, et ſuâpte naturâ vim habent ſignificandi aliquid.

Data, ſeu *ex inſtituto*, ſeu *ad placitum*, ſunt quæ ex hominum voluntate ſignificant.

Ex impoſitione, ut voces et ſcripta.

Ex conſuetudine, quo pacto ea quæ pro foribus appenduntur ſignificant res venales, ut hedera, vinum.

Formalia, ſunt quæ cauſant cognitionem informando, aut in ratione principii, ut imagines et ſimilitudines, ſeu ſpecies rerum, quæ potentiis conſignatæ ducunt in rerum notitiam.

Inſtrumentalia, ſunt quæ cognita efficiunt alterius rei cognitionem.

Practica, ſeu *efficacia*, ſeu *ut cauſæ*, ſunt quæ non ſolum ſignificant rem, ſed etiam eam cauſant, ut Sacramenta novæ legis, et hujuſmodi ſigna, ſunt propriè cauſæ.

Speculativa ſunt, quæ rem tantum indicant, ut fumus ignem: et fragor arborum futuram tempeſtatem: et ejuſmodi ſigna ſunt effectus, non cauſæ. *Ex Conimbricenſibus.*

SIGNIFICATIO

Totalitatis, per modum partis, eſt quæ ſignificat totum cum tamen habeat nomen partis, ſicut album ſignificat albedinem et ſubjectum habens albedinem: et generaliter omnia accidentia in concreto ſignificant et ſubjectum et accidens, et aggregatum ex ſubjecto et accidente.

Con-

Concomitantiæ, est alicujus quod necessario comitatur illud cui nomẽ principaliter impositũ fuit; sic homo significat risibile, et quodlibet subjectum suam passionem propriam.

Continentiæ, est quando continetur aliquid in eo cui nomen imponitur. Et sic totum significat partem.

SIMILE

Natura, per
- *Participationem*, sic homo creatus est ad similitudinem Dei.
- *Adæquationem*, sic Petrus participat natura humana secundum similitudinem adæquatam, adæquatione intensiva, licet non extensiva: sol autem participiat natura solari, secundum adæquationem extensivã, quia in nullo alio reperitur quam in uno individuo.

Qualitate
- *Corporali*, sic paries albus est similis nivi, albedine.
- *Intentionali*, sic species intentionales similes sunt objectis.
- *Formali*, sic calor ignis similis est calori in ferro ignito.
- *Virtuali*, sic sol similis est in calore elementis excalefactis.

Proportione, quoad operationem et munera, ut nauta et auriga.

Repræsentatione, ut species et objectum.

Definitione, seu *essentia*, est quod habet eandem definitionẽ cum alio, ut vestis cum indumento.

Quoad

Gradum, efficacitatémque agendi, ut duo ignes pari

pari coloris & siccitatis intensione, & materia æquè rara prædita.

Qualitatem in specie, non tamen gradu, quicquid sit de efficacitate in agendo, quo pacto se habent ignis & aqua tepida.

Gradum, non tamen agendi efficaciam seu vehementiam, ut duo corpora æquè calida, quorum alterum rarius sit, alterum densius.

SIMILITUDO

In Essendo, est inter res ejusdem generis.

Repræsentando, reperitur inter res genere diversas, sic homo repræsentat Deum, species objectum.

Participationis ejusdem *formæ*, seu *similitudo naturæ*, seu *specifica*, seu *univocationis*, seu *rationis*, sic Petrus & Socrates sunt similes.

Convenientiæ omnimodæ, solum reperitur in divinis, ut vult *Brulefer*.

Imitationis, sic ectypa sunt similia protypis.

Convenientiæ ordinis, ut exemplati ad exemptar, inter quæ oportet esse ordinem prioris & posterioris: exemplar enim prius est natura exemplato.

Proportionis, qualis est inter aurigam & nautam.

Æqualitatis, est quæ reperitur in duabus speciebus ejusdem generis, æquè nobilibus.

Repræsentationis, est quæ reperitur inter cognoscens & cognitum.

Formalis, est quæ reperitur inter agens univocum & effectum univocum, sicut est inter ignem calidum & ferrum ignitum.

Virtualis, inter agens æquivocum & effectum suum, sicut est inter solem & ignem, quoniã uterque potest producere calorem, hic ut

agens univocum, ille ut agens æquivocum. *Hæc de Orbellis.*

Informativa, per qualitatem

- *Corpoream*, seu *realem*, seu *sensibilem*, ut per calorem.
- *Intentionalem*, seu *spiritualem*, seu *per speciem.*
  - *Impressam.*
  - *Expressam.*
  - *Sensibilem.*
  - *Intelligibilem.*

Objectiva, per repræsentationem objectivam, ut imago patris in tabula repræsentat patrem absentem, propter similitudinem quæ est inter patrem & imaginem suam.

SIMPLEX *sumitur pro eo,*

Quod non

- *Est compositum, nec componibile*: ut Deus.
- *Habet conceptum quidditativum* & *qualitativum*, sic solummodo ens, & passiones entis, & differentiæ ultimæ, & modi intrinseci sunt entia simplicia.
- *Est Compositum*, ex re & re, ut Angeli, anima, forma, materia, & accidentia.
- *Mixtum*, sic elementa sunt corpora simplicia.

Quod est

Omnino unum, Nec ullo modo plura.

Incompossibile alteri. *Hæc Syrectus.*

SIMPLICITAS *opponitur*

Mixtioni.

Compositioni.

Compossibilitati.

Pluralitati.

Non omnimodæ identitati, Deus simplex est hoc modo, non quatuor primis.

SIM-

SIMPLICITER

Sumitur pro

Absolutè, & universaliter.

Totaliter, sic possumus dicere Gallum esse simpliciter album.

Et quod est actu, sive sit substantia, sive accidens.

Univocè, & *unimodo*, sic genera simpliciter prædicantur de speciebus in actu exercito, ut homo est animal simpliciter.

Tantum, seu *sine additamento*, ut ens reale dicitur simpliciter ens.

Perfectissimè, sic demonstratio propter quid est demonstratio simpliciter.

Simplex, ut opponitur

Compositioni, & *compossibilitati*.

Multiplicitati rationum formalium, ut Deus.

SIMULTAS

Temporis

Adæquatè, est in iis quæ simul incipiunt & desinunt esse; ut homo & ejus potentiæ sensitivæ.

Inadæquatè, est in iis quæ sunt in aliqua parte temporis simul, & tamen in alio tempore unum est, alio non existente, ut anima & potentiæ hominis sensitivæ.

Naturæ, est in his quorum unum non potest esse altero non existente, cum tamen unum non sit causa alterius, sicut contingit in relatis.

Divisionis generis, seu *naturæ communis*, est veluti inter duas species, quæ idem genus immediatè dividunt, ut inter hominem & brutum.

Adæquationis, est in iis quæ sunt in eodem loco proprio.

Immediationis, est in iis inter quæ nullum est corpus medium, & sic contigua sunt simul.

Indistinctionis, est in iis quæ non distinguuntur secundum locum: Et hæc simultas convenit motui indivisibilis, & intelligentiæ. *Hæc tria Burlæus*. qui non satis stricte utitur vocabulo adæquationis. Extenditur enim ultra adæquationem locationis, de qua hic agitur.

Causalitatis, est qua duæ causæ eodem instanti naturæ concurrunt ad producendum effectum.

Dignitatis.

Intentionis, est in iis quæ pro eodem temporis instanti à voluntate intenduntur.

SITUS

Sumitur pro

Loco, sic dicimus urbem esse benè sitam.

Ordine partium cujuscunque continui, ut loci, corporis, motus, temporis: & sic est affectio quædam quantitatis.

Habitudine partium uniuscujusque corporis ad locum suum: sic propriè constituit prædicamentum, et sic definitur: *Situs* est certa quædam dispositio partium alicujus corporis in ordine ad locum, ut aliæ partes sint sursum, aliæ deorsum, aliæ antrorsum, aliæ retrorsum.

Differt à loco, quod

Locus tantum formaliter dicit circumscriptionem corporis, absque ulla dispositione partium illius corporis ad locum.

Situs loco superaddit aliquid, quo corpus aliquod ita est in loco, ut partes ejus tali modo disponantur, ut si ambulet caput sit sursum, pedes deorsum: si proneſcat, facies sit versus ter-

terram, si supinetur, dorsum sit versus terram.

SOLUS

Categorematicè, seu *substantivè*, significat solitudinem, nec habet locum in divinis.

Syncategorematicè, seu *configurativè*, seu *adjectivè*, reperitur in divinis.

SPECIES

Sumitur pro

Pulchritudine.

Formâ dante esse specificum et *formale*; Et sic distinguitur contra materiam.

Similitudine repræsentativa rei, quæ est ratio cognitiva illius rei.

Natura rerum, sic dicitur in horto esse species talis herbæ.

Prima intentione sic dicimus, species humana, species equina.

Prædicabili secundo Porphyrii: id est, pro secunda intentione: sic homo est species.

Imagine figurata, seu *artificiali*, facta ad similitudinem alterius.

Accidente, seu *signo visibili* et *sensibili* distinctè repræsentativo alicujus rei, ut patet in Sacramento Eucharistiæ, in quo accidentia panis et vini tanquàm species ex institutione divina corpus Christi realiter continent. *Hæc Brutefer.*

Sensibiles sunt quæ solum sensum externum afficiunt, ut sonus, color.

Phantasticæ, seu *phantasmata*, sunt quæ referunt objectum sub conditionibus individuantibus, id est, ut res est singularis et individua.

Intelligibiles, seu *habitus*, seu *notitiæ habituales*, sunt quæ repræsentant quidditatē, seu essen-

tiam rei nudatam omnibus conditionibus individualibus & materialibus, dicuntur autem habitus, quia sunt qualitates diutius animæ inhærentes ut habitus.

Impressa, est similitudo rei exiens ab objecto extrinseco, recepta in organo vel potentia, quæ est principium *ut quo*, seu *ratio sensationis*, & intellectionis, per quod sensus, seu intellectus formaliter constituuntur in actu primo.

Expressa, est similitudo rei, sed quæ fit à potentia immediatè, per quam potentia formaliter constituitur in actu secundo, in

Intellectu, est verbum mentis.

Sensu, est ipsa sensatio.

SUBIECTUM

Sumitur pro

Inferiori alicujus superioris, dicitur autem subjectum prædicationis.

Subjecto propositionis, dicitur etiam subjectum prædicationis.

Illo, cui insunt accidentia, ut corpus est subjectum albedinis, & dicitur subjectum inhæsionis.

Eo quod à scientia consideratur, & sic idem est quod *objectum*, seu *genitus subjectum*, seu *materia circa quam*.

Accidentis

Quo, seu *inhæsionis*, seu *convenientiæ*, seu *receptionis*, seu *in quo*, seu *secundum quid*, seu *subiectum determinans dependentiam accidentis*, sed non ultimate. Est in quo immediatè recipiuntur accidentia, quamvis illud per se fulcimentum nullum præstet sustentaculo accidentium, nisi alteri sub-

subiecto inniratur, ut unum accidens recipitur in alio quod dependet ab alio subiecto, sic albedo in superficie recipiquæ dependet à corpore.

Quod, seu *principale*, seu *denominationis*, seu *in quo simpliciter*, seu *existentiæ*, seu *sustentationis*, seu *subiectum determinans dependentiam accidentis ultimatè*, est illud quod per se & simpliciter sine beneficio alterius sustentat accidentia, sic solummodo substantia est tale subiectum.

Informationis, sicut forma est in materia tãquam in subiecto informationis, & accidentia in subiecto.

Aggregationis, quod non est unum ens simplex, sed multiplex, sicut est mundus respectu temporis.

Mutationis, propriè dictæ, seu *physicum*, sicut materia prima est subiectum generationis

Alterationis,

Primum & *mediatum*, est materia prima: quia qualitates activæ & passivæ, inter quas est alteratio, non insunt substantiæ nisi ratione materiæ, qualitates etiam secundæ, ut mollities, durities, levitas, gravitas, & ejusmodi, nonnisi eadem ratione.

Proprium & *immediatum*, quod alteratur, & tale non est materia, sed *Ens* actu & simpliciter. *Ex Aristotele.*

Scientiæ

Inhæsionis, est in quo habitus inhæret, nimirum intellectus.

Attributionis, seu *ad quod*, seu *considerationis*, seu

seu *continentiæ*, est ad quod aliquo modo referuntur omnia quæ in scientia tractantur, vel ut partes subiectivæ, aut componentes, vel ut principia, vel ut passiones eius, sicut ens mobile in Physica, estque aut

Speciale, seu *proprium*, sic Syllogismus est obiectum in Logica.

Generale, sic argumentatio est subiectum Logicæ.

Communissimum, seu *generalissimum*, sic secunda intentio est obiectum Logicæ.

Prædicationis, seu *de quo*, seu *logicum*, seu *ad prædicationem*, seu *enunciationis*, est de quo in scientia proprietates et passiones proximè et formaliter prædicantur: sic in Physica est corpus naturale, non ens mobile, à quo subiecto scientia recipit unitatem, distinctionem, dignitatem, ordinem, necessitatem. *Ex Egidio.*

Distributionis, ut cum dico, animal est rationale, vel irrationale.

Genericum, est de quo in scientia prægnoscitur quid est, & quod est, habens species, principia & passiones, ut corpus in Physica.

Specificum, est de quo prægnoscitur quid est & quod est, habens tantum principia & passiones: & tale subjectum ex sententia Scotistarum continet in se virtualiter omnes veritates illius habitus, cujus est subjectum, ut probat Scotus in prologo.

Ad quod omnia reducuntur, tanquam ad *Principium radicale*: quo modo in Grammatica subjectum est litera, in Geometria punctus, in Theologia Deus.

Totum

Totum

Integrale, quomodo oratio congrua & perfecta est subjectum Grammaticæ, & corpus quantum in Geometria, & hoc modo in Theologia Christus.

Universale, quomodo vox articulata est subjectum in Grammatica: quantitas immobilis continua in Geometria, sic in Theologia subjectum erunt res & signa, vel credibile prout transit in rationem intelligibilis. Hæc D. *Bonav.*

SUBIICITUR *aliquid tripliciter:*

Loco, ut terra cœlo. (mæ.

Ordine, ut sensus intellectui: causæ secundæ pri-

Prædicatione, ut homo animali.

SUBSISTENTIA

Est ultimus terminus naturæ substantialis, per quem substantia formaliter dicitur subsistere, addit enim aliquid supra existentiam, quoniam se habet ad eam tanquam species ad genus, & directe opponitur *Inexistentiæ accidentium*, quæ est ultimus terminus, seu modus *existentiæ accidentium*, per quem formaliter existunt in rerum natura, & extra causas quorum existere est inexistere & esse est inesse, aut actu, aut aptitudine.

Creata, est creaturarum.

Increata, est trium personarum divinarum alia

Absoluta, juxta quosdam probatos doctores, quæ una & communis est sicut & essentia omnibus personis divnis.

Relativa, seu *personalis*, quæ cuilibet personæ peculiaris est.

SUB-

SUBSISTERE
Dicitur, id quod
Habet verum esse, & non apparens.
Alicui subest, seu *supponitur*, sicut dicimus fundamentum subsistere, id est substare tecto.
Est
Per se, id est, non in subjecto inhæsionis.
Ens substantiale completum, & sic proprie accipitur.
Substantia incompleta, sicut partes corporis.
Per se incommunicabile, ut supposita, & singularia.
Ita per se, ut licet existat in alio per modum formæ aut partis, tamen potest seperari ab eo, & existere separatim ab illo, sic anima subsistit per se.
Per se, ut neque actu neque potentia sit in alio per modum partis aut formæ: sic Angeli subsistunt per se, sic etiam homo.
Differt à substare, in hoc quod
Substare, est alii tanquam fundamentum subesse.
Subsistere, est perfecte & independenter à quolibet substante existere.

SUBSTANTIA
Dicitur à
Substando, quod significat esse subjectum alicui, & sic dividur in substantiam:
Primam, & est substantia singularis.
Secundam, ut genera & species.
Existendo, quod est in rerum natura existere singulariter & actu. Essen-

Essendo, quod est habere entitatem realem. seu naturam firmam & constantem.

Subsistendo, quod est per se existere sine ope alterius cujuscunque rei.

Sumitur pro

Essentia, seu *natura rei*, sive sit in genere substantiæ sive accidentis.

Eo quod non est in subjecto, seu *pro omni eo* quod non est accidens.

Individuo, in genere substantiæ, seu *Substantia* completa & perfecta.

Substantia incompleta.

Singularis, octo nominibus appellatur.

Individuum, qua non est divisibilis in plura,

Prima substantia, ut in actu exercito omnibus subsistit, & substat tam reliquis substantiis secundis, quam accidentibus.

Hypostasis, quæ nunc communiter tribuitur supposito, quamvis ex propria significatione significet essentiam, seu naturam & suppositum: his enim quatuor οὐσία, συνουσία, ὑπόστασις, πρόσωπον, quatuor latina respondent, essentia, subsistentia, hypostasis, persona.

Suppositum, vel propter intentionem

Secundam, quia speciei subjicitur in prædicando & prædicamento, ut Petrus est homo.

Primam, quia tum substantiis secundis, tum accidentibus tanquam illorum fundamentum supponitur.

Res naturæ, prout supponitur alicui naturæ communi.

Persona, prout est rationalis naturæ individua substantia.

Sub-

Subsistentia, prout existet per se & non in alio, quamvis hoc vocabulum nunc sumatur pro ipso modo quo substantia subsistit, nunc pro ipsa substantia subsistente; sicut & hypostasis, de qua S. Hieronymi tempore majus dubium fuit: verebatur enim dicere, tres esse hypostases in divinis.

Hoc aliquid, quatenus complete subsistit, aliisq; stabilimentem præbet. *Hæc Conimbricenses.*

Prima seu *singularis*, existit in actu exercito:

Secunda seu *communis*, subsistit in actu signato, quatenus est radix & principium subsistendi. Idcirco enim substantiæ singulares subsistunt, quia rationem substantiæ communis seu secundæ participiant.

SUBSTRATUM differt ab intentione, in eo quod *Substratum*, dicitur natura quæ substernitur secundæ intentioni, & denominatur ab illa.

Intentio, dicitur per se significatum. Nam species, v.g. significat primo ipsam relationem ad inferiora de quibus prædicatur, secundario vero ipsam naturam rei, v. g. humanam, quæ proprie substratum dicitur.

SUCCESSIO *in motu duplex*

Intrinseca, quam accipit à termino suo, qui secundam naturam est divisibilis in partes aut gradus, sicut quantitas & qualitas: Terminus autem motus non differt à motu, nisi secundum rationem ex multorum sententia, sicut fieri & esse.

Extrinseca, quam accipit à tempore, tempus enim est extrinsecum motui, non intrinsecum. Hæc *Soncinas.*

SUP-

SUPPOSITIO, seu *acceptio*

Materialis, seu *technica*, & *artificialis*, est quando vox stat pro seipsa, seu pro ipsamet entitate vocis, ut homo est nomen, homo est vox.

Formalis, seu *simplex*, est quando vox stat pro re formaliter & immediate significata, ut in hac propositione, homo est species, homo supponit pro natura humana quam formaliter significat.

Personalis, est acceptio nominis communis pro suis mediatis significatis, ut cum species ponitur pro suis individuis, ut in hac propositione: homo est animal: homo supponit pro Petro & Paulo, quæ non sunt significata illius formalia & immediata, sed mediata & secundaria. Dicitur autem *personalis*, quia præcipue res singulares pro quibus nomina communia supponunt, sunt personæ aut suppositа. Dividitur autem à Summulistis in

Communem, cujus tres sunt species:

Determinata.
Confusa tantum.
Confusa distributiva.

Discretam.

SUPPOSITUM est individuum naturæ substantialis, seu est substantia completa, individua, subsistens incommunicabiliter, addit enim supra naturam specificam modum quendam realem, qui subsistentia dicitur, quo tanquam ultimo suo termino terminatur & completur, suppositum autem differt à persona, et hoc aliquid in hoc quod

Suppositum dicit quamcunque substantiam singularem completam.

Persona

Persona, solum substantiam rationalem, quæ sic definitafuit à Boëtio; Persona est rationalis creaturæ substantia individua. Ideoque non tam late patet ac suppositum.

Hoc aliquid, dicit individuum, in genere substantiæ, sed abstrahit ad habere esse completum & perfectum, seu incompletum & imperfectum, sic anima in corpore dicitur *hoc aliquid*: Sicq; manus est hoc aliquid, non tamen suppositum.

T

TEMPUS

Sumitur, quatenus est

Naturalis, seu *mensura primi motûs* summe æquabilis, qualis est conversio suprema sphæræ, & sic unum tantum est, sicut et unum primum mobile, sic etiam est mensura propria & interna motus primi mobilis, simúlque communis & externa aliorum omnium motuum. Aristoteles definivit tempus hoc modo sumptum.

Mensura, cujusque motus, & in quolibet actu otum subeunte insidet, sic tot sunt tempora quot motus; sicque tempus per se, est mẽsura duntaxat motus cui inest.

Duratio successiva mundi inesse transmutabili, ut vult *Paulus Venetus*, & sic est passio mundi subjectiva existens in eo: Et hor modo dicitur tempus esse in cœlo, in terra, in mari.

Sumptum

Infinite, significat *Æternitatem*.

Indefinite, significat *Æviternitatem*.

Finite,

Finite, significat *Mensuram* rerum habentium initium & finem.

TERMINUS *in Prædicando*,

- *Categorematicus*, seu *significativus* est qui per se aliquid significat, ut cœlum, animal, homo.
- *Syncategorematicus*, seu *consignificativus*, vel *comprædicativus*, vel *simul significativus*, est, ut omnis, nullus, quidam, solus, non, & alia quæ per se nihil significant, sed aliis distinctionibus tantũ adjunguntur.
- *Mixtus*, est qui includit categorematicum & syncategorematicũ, ut nihil includit ens & nullum, nemo nullum hominum.
- *Materialis*, est qui pro sola voce materialiter sumpta accipitur, ut hoc nomen homo pro voce duarum syllabarum.
- *Formalis*, est qui pro formali significatione vocis accipitur, ut homo pro natura humana.
- *Connotativus*, seu *concretus*, seu *denominativus*, sed *adjectivus*, est qui præter principale & formale significatum aliquid aliud in obliquo denotat, ut album præter albedinem quam formaliter dicit, connotat præterea subjectum.
- *Abstractus*, seu *substantivus*, est qui significat formam non connotando subjectum: ut albedo.
- *Transcendens*, est qui rem prædicamentali ordine superiorem laxoriémq; significat.
- *Disparatus*, est qui de alio disparato non potest affirmative enunciari, saltem in abstracto,

stracto, ut homo, lapis, dulcedo, albedo, licet aliquâdo possit in concreto, ut patet exemplis, non enim licet dicere albedo est dulcedo, sed licet dicere albũ & dulce.

Collectivus, est qui in singulari numero significat plura copulatim, ut populus, plebs, turba.

Divisivus, qui significat tantum unum, ut Petrus.

Infinitus, est aggregatum ex particula negante, & termino finito, ut hoc totum *non homo*

Infinitans, est particula *non*, per se sumpta.

Infinitatus, est terminus finitus per se sumptus, quatenus aptus est infinitari à particula *non* infinitante.

Re,

Localis, quo circũscribi propriũ est, *corporum*.

Essentialis, quo circumscribi proprium est, *Creaturæ* solummodo, quia omnis creatura finita est quoad latitudinem perfectionémque essentialem: soli Deo non convenit quia proprium est illius, nullis terminis circumscribi.

Ut Quod, seu melius absque solœcismo, *qui*, seu *totalis*, est qui absolute fit & sic compositum est terminus *qui*, generationis.

Quo, est quo aliud fit, Ideo dicitur *formalis*, sic per formam constituitur compositum.

Mutationis,

Totalis, sive productus, ut homo, ignis.

Formalis, ut forma ignis, seu hominis. Hæc *Soncinas*.

To-

TOTUM

Quantitativum, est quod dividitur in partes *quantitativas*.

Homogeneum, *in partes Homogeneas*.

Heterogeneum, *in partes Heterogeneas*.

Essentiale

Metaphysicum, est quod dividitur in partes essentiales ratione tantum differentes, ut genus & differentia.

Physicum, est quod dividitur in partes realiter diversas constituentes essentiam rei, ut homo in corpus & animam.

Potentiale, seu *virtuale*, est quod dividitur in potentias, ut anima in intellectum & voluntatem.

Accidentale, est quod componitur ex subjecto & accidente, ut homo albus.

Universale, est quod dividitur in partes subjectivas, seu *species*, & de illis prædicatur in quid.

Integrale, est quod dividitur in partes integrates, & propriè convenit rebus quantis et corporeis, sed analogicè attribui potest incorporeis.

Numerale, ut numerus comprehendens pluralitatem aliquorum, ut duodecim dicit numerum Apostolorum.

Definibile, est quod dividitur in partes definitivas, ut homo in animal & rationale.

Prædicabile, seu *Prædicativum*, propriè est species infima quæ continet in se totam essentiam individui (si modo in omni rigore id sit verum, tametsi ita senserint cum omnes veteres Philosophi, tum pleriq; recentiorum) & de illo prædicatur, *ut quid*.

Categorematicè, est idem quod habens partes seu

significat compositum & perfectum ex partibus, quatenus compositum est.

Syncategorematicè, est idem quod quælibet pars divisim sumpta. *Hæc de Orbellis.*

Continuitate, per adunationem partium, sicut in animalibus quorum partes adunatæ sunt, & continuæ sibi invicem.

Aggregatione, idque vel per

Contactum, seu *contiguitatem tantum*, ut lapides & cœmenta in domo.

Ordinem partium, ut exercitus, & multitudo ordinata. *Hæc Soncinas.*

Totalitate,

Causæ, sic effectus non dependet ab omnibus causis separatim sumptis totalitate causæ, sed tantum ab adæquata.

Effectus, sic effectus totaliter pendet à causa prima & secunda totalitate effectus, quia non licet assignare partem unam secundum quam pendeat à prima causa; & aliam qua pendeat à secunda, sed secundum se totum pendet à prima & à secunda.

TRANSCENDENTIA sunt illa quæ non sunt adstricta alicui ex decem generibus generalissimis: sed sunt communia omnibus, quorum principia & origo est *Ens*, cum quo omnia prædicta transcendentia reciprocantur, prout *Est commune enti reali*, & *rationis*; & hujusmodi sunt, *opinabile*, *cogitabile*, *apprehensibile*, quæ attribuuntur non tantum veris entibus, sed etiam confictis.

Significat, tantum *ens reale*, quod dividitur in *creatum*, & *increatum*, & ejusmodi sunt:

Ens, quod dicitur ab actu, essentia, & existentia.

Res,

Res, à raritudine dicta, quia habet essentiam realem & firmam.

Unum, à sui indivisione dictum.

Verum, à convenientia rei ad intellectum dictum.

Bonum, ab appetibilitate dictum.

Aliquid, ab aliorum divisione dictum, dicit enim alietatem in essentia, & sumitur substantivè quasi *Aliud quid*.

V.

VACUUM *Sumitur* pro

Dimensionibus separatis, habentibus esse mathematicum.

Spatio, in quo non est corpus sensibile, sic spatium inter terram & cœlos dicitur magnum mare.

Privatione, vel carentia corporis cum aptitudine ad recipiendum corpus. *Ex Bassotio.*

UBI

Est modus rei locatæ intrinsecus, ut alii volunt, vel extrinsecus, ut alii, quo corpus formaliter existit in loco; procedit autem à circumscriptione loci activa, & locati passiva, & differt à situ in hoc quod

Situs, exigit distinctionem, seu divisionem partium in loco.

Ubi, non exigit distinctionem partiũ, sed tantum præsentiam in loco. Undè æquè potest esse in substantia corporea & incorporea, Situs autem tantum in corporea & quanta.

Accipitur, aut

Interrogativè, pro adverbio interrogandi.

Definitè, pro ipso loco.
Relativè, pro comparatione loci ad corpus locatum.

Definitivū, est modus quo aliquid ita est in uno loco ut extra illum non sit, et totum existat in toto loco, et totum in quali et parte ejus, sic existunt omnes substantiæ spirituales.

Circumscriptivum, est modus quo aliquid ita est in loco vel spatio, ut totum sit in toto spatio, et partes in partibus spatii, quo ubi potiuntur omnia corpora.

Indivisibile, est quod non dicitur indivisibile eo modo quo punctus qui nullas habet partes, sed dicitur indivisibile quoad permanentiam, quia licet sit extensum per totum corpus mobile, tamen componitur ex partibus simultaneis, quarum una non potest esse sine altera.

Divisibile, est compositum ex partibus sibi succedentibus, quemadmodum tempus ex instantibus componitur. Et hujusmodi nihil est aliud quam ipse motus localis, et se habet ad primum *ubi*, non ut totum ad partem, sed ut continuum ad sui continuativum: aut sicut tempus ad instans.

UBICATIO

Activa, est locus seu *circumscriptio*, qua locus circumscribit locatum.

Passiva, est modus quidam in re locata, seu *circumscriptio* passiva qua corpus circumscribitur à loco.

Simplex, est quæ procedit à loco simplici, seu à loco *quo*, seu à loco *originis*.

Composita, est quæ procedit á loco composito, seu à loco *qui*, seu à loco *continentiæ*.

VELLE

VELIE

Naturale, est actus voluntatis, ut est natura.

Deliberativum, est actus voluntatis, prout est voluntas, seu libera ad utrumlibet.

Ex Surreptione prout non est perfectè libera, ut fit in pr mis motibus.

VERBUM

Externum, quod sensibile est, et quod per exteriora membra corporis formatur.

- *Vocale.*
- *Scriptum.*

Internum, quod per interiores potentias formatur.

Phantasiæ, seu *imaginationis*, quod aliqui *idolum* vocant, non *verbum*, quia non procedit à ratione, et in brutis reperitur.

Mentale, seu *intellectus.*

Vocis, seu *imperfectum*, quod vocatur conceptus mentis non ultimus.

Rei, quod propriè et simpliciter vocatur *verbum mentis. Hæc Suarez.*

VERITAS

Rerum, seu *transcendens*, est entis passio.

Cognitionis, seu *complexa*, est conformitas inter intellectum et rem.

Speculativa, est quæ sumitur penes conformitatem cognitionis, sive intellectus cognoscentis ad rem cognitam.

Practica, est quæ consistit in adæquatione rationis ad appetitum rectum, quam appetitus rectitudinem virtutes in eo residentes præstant, vel ut alii fortasse rectius sentiunt: Est quæ consistit in conformatione appetitus ad rectam rationem; æquius enim est, ut rationi concedatur potius esse primam regulam et

mensuram humanarum actionum quam appetitui: cum voluntas seu appetitus nihil possit agere, nisi prius rationis aliqua lux ei præfulgeat.

Intrinseca, seu *formalis*, seu *secundo prima*, est quæ reperitur in omni ente.

Extrinseca, seu *secundaria*, est quæ est in enunciationibus, quæ consequuntur veritatem, quę est in rebus: Ideo enim enunciatio est vera, quia res est vera, & non è contra.

Causalis, seu *primo prima*, est quæ est in veritate divini intellectûs, cognoscentis res in esse possibili. Et hæc veritas est causa veritatis formalis uniuscujusq; rei, eo quod res in se sunt veræ, quatenus conformatæ sunt intellectui et voluntati divinæ. Ex *Soncinate*.

Rei.

Signi.

Orationis, qua oratio est conformis rei significatæ.

Cogitationis, qua mens est conformis rei intellectæ.

Voluntatis, qua voluntas est conformis rationi, vel signum aliquod externum veræ voluntatis, quale est præceptum superioris.

Actionis, qua opus est conforme regulæ suæ.

In re, ut in subjecto.

Propositione, ut in signo.

Mente, ut in termino.

VIRTUS

Sumitur, pro

Principio activo,

Quocunq, seu *qualitate activa*, sic calor est virtus ignis.

In-

In creatura intellectuali, ſic ſunt in anima plures virtutes, ſeu potentiæ.

Habitu electivo, ſeu *operativo* operis moralis, à quo virtutes dicuntur *morales*.

Dicitur eſſe in aliquo.

Inhæſive, ſeu *informative*, ſicut forma eſt in materia, aut accidens in ſubjecto.

Potentialiter, ſicut nauta eſt in navi.

Indiſtanti, ſicut intelligentia in orbe cœleſti.

Concomitative, ſicut potentia in anima.

UNIO *Sumitur* pro

Actione unientis, quæ ſe tenet ex parte efficientis qui unit materiam & formam efficienter.

Paſſione unibili, ſeu *nexu ſubſtantiali*. v.g. materiæ & formæ, ſeu pro *illapſu*, quo forma ſeſe in materiæ ſubſtantiam penitus inſinuat.

Relatione unitorum, quæ ipſam unionem & nexum ſubſequitur.

Modo, qui reſultat ex actione quæ eſt proximum fundamentum relationis: ita ut iſta quatuor ordinem inter ſe habeant ſecundũ diverſa naturæ inſtantia: In primo eſt unio, ſeu unitio, quę ſe tenet ex parte efficientis: In ſecundo eſt paſſio ex parte unibiliũ: In tertio eſt modus quidam reſultans ex actione, quo unibilia formaliter dicuntur unita, tanquam effectus formalis proveniens à cauſa ſua formali. In quarto deniq; eſt relatio iſta prædicamentalis, qua unitum refertur ad aliud: unita enim ſe invicem reſpiciunt.

UNIVERSALE

In cauſando, ut Deus, intelligentiæ, cœli.

Significando, voces, conceptus, ſcripta.

Repræſentando, ut ſpecies intelligibiles.

Essendo, quod in se realiter separatum est à singularibus, ut ipse homo, aut ipsum bonum; quas Plato Ideas rerum appellabat.
Prædicando, ut genus et species.

Logicum, seu *formale*, est secunda intentio fundata in natura aliqua, quatenus prædicabilis est de pluribus specie, genere, vel numero differentibus.

Physicum, seu materiale, est ipsa natura realis existens à parte rei super qua fundatur relatio universalis Logica, seu prædicabilis. Ideo dicitur, substratum universalitatis Logicæ, ut natura humana.

Metaphysicum, est ipsa eadem natura, quatenus communis est aliis pluribus in quibus reperitur prout abstrahit à prædicabilitate. Ideo in universalibus sunt tres gradus: In primo est natura humana, quæ cõstituit universale *Physicum*. In secundo est eadem natura, prout est communis pluribus in quibus actu reperitur, quod constituit universale *Metaphysicum*. In tertio est eadem natura, quatenus post actum collativum intellectus secunda aliqua intentione constituitur sub velamẽto prædicabilis, ut aut actu, aut potentia possit prædicari de pluribus, et hoc constituit *universale Logicum*. Ideoque *universale* consideratur à
Metaphysico, quatenus *universale*.
Logico, quatenus *prædicabile*.

Mathematicum, est forma aliqua existens in mente præcisa à quantitate, quam formam diversimode variis rebus adhibere possumus, in usu et practica rerum Mathematicarum. Et qui primus hujus universalis author fuit, attribuit id

id tantum rebus Mathematicis, quamvis commune sit multis aliis: nam etiam artifices in mente exprimunt Ideas universales, & exemplaria communia multis rebus, tum differentibus numero, tum specie. Ideoque nos pari jure & authoritate appellamus hujusmodi universale *Exemplare*, seu *ideale*, quod multum differt ab alio Platonico: ut facile omnibus patet.

In re, seu *in multis*, idem est quod *Physicum*.

Post rem, seu *post multa*, idem est quod *Logicum*.

Ante rem, seu *ante multa*, proprie est *idea Platonis*, quæ incorruptibilis, immobilis, & communis erat, & per se subsistens, separata à singularibus, cujus participatione singularia generabantur, & à Platone appellabatur *ipse homo*, *ipsum bonum*, *ipsa substantia*, ad distinctionem singularium quæ appellantur *simpliciter* sine addito, homines, bonum, substantia, aut quid simile.

UNITAS

Transcendentalis, seu *entitativa*, est quæ reperitur in omnibus entibus, quatenus in se indivisa sunt, & hæc est passio entis.

Quantitativa, seu *prædicamentalis*, est quam quantitas tribuit substantiæ, cum hæc unitas sit principium numeri: Differt autem ab unitate *transcendentali*, si secundum se spectetur. non aliter ac reliqua inferiora à suis transcendentalibus, Ideoq; si inferiora, ut substantia, accidens, addunt entitatem aliquam aut modum tantum enti: sic hæc unitas addet unitati eadem illa, si vero non addunt, sed sunt eadem res prout stat sub conceptu confusiore &

inde-

indeterminato entis, & distinctiore & determinato substantiæ, ut volunt recentiores aliquot, præcipue *Suarez*, sic hæc unitas eodem modo distinguitur ab unitate transcendentali: si autem consideretur prout inhæret in substantia & illam denominat, tunc plus differt à transcendentali, quia transcendentalis est intrinseca rei: Hæc autem est extrinseca substantiæ, & accidens distinctum ab illa.

Numerica, seu *singulari individualitatis*, qua individua cujuscumque naturæ sunt una & indivisa in se, & nullo modo divisibilia in plures similes naturas singulares, sic Petrus est unus hac unitate, quæ opponitur unitati specificæ & genericæ. Est multiplex.

Intrinseca, qua aliquid est simpliciter indivisibile in plures naturas singulares.

Extrinseca, qua ea sunt una quæ habent idem subjectum, ut candor & dulcedo.

Negativa, per privationem omnis principii distinguentis, quia scilicet non habet aliquid per quod distinguatur, & sic materia est una numero, *secundum Thomistas*.

Positiva, in eo consistit, quod habet unam formam per quam distinguitur ab omni alio, sicut Socrates. *Ex Janduno.*

Materialis, reperitur in substantiis *corporeis*,

Immaterialis, reperitur in substantiis *separatis*.

Unitate

Essentiæ, sicut definitio & definitum.

Suppositi, seu *subjecti*, ut album & dulce in lacte.

Principium habet

Principale, materiam primam.

Sine

Sine quo non, formam.

Dispositivum, dimensiones interminatas.

Hæc *Niphus*, quamvis aliæ sectæ Scholasticorum, inprimis *Scotistæ*, aliter hoc explicent, quod omittimus: quia omnibus id notum est.

Formalis, est in natura aliqua secundum se considerata, quatenus præscindit ab esse quod habet in individuis: quam unitatem *Scotus* existimavit non multiplicari secundum multiplicationem individuorum: Alii autem communiter existimant multiplicari, una cum unitate individuali in singulis individuis. Ideoq; esse tantum in intellectu secundum convenientiam, & similitudinem quam intellectus reperit in singularibus. Estque

Generica, quæ est naturæ genericæ.

Specifica, quæ est naturæ specificæ.

Universalis, seu *præcisionis*, est quæ competit naturis communibus in se, ut non existunt contractæ in suis inferioribus, sive talis unitas cõveniat beneficio intellectus, sive ex se, quæ nihil aliud est, quam actualis indivisio rei communis in sua inferiora, cum divisione tamen aptitudinali, qua natura apta est esse in pluribus: Ideoque in hoc differt ab unitate formali, quod cum eadem sit utraque unitas formalis præscindità communicabilitate, nec illam requirit ad conceptum suum formalem: Universalis autem illam requirit: Deinde formalis multiplicatur ad multiplicationem individuorum ex sententia probabiliori: Hæc autem nequaquam.

Per se, estque vel

Sim.

Simplicitatis, quæ est expers omnis compositionis, & solum reperitur in Deo.

Compositionis, quæ est in iis quæ fiunt ex pluribus rebus, ex quibus fit unum per se: quando unum se habet ut actus, alterum ut potentia: sicut compositum ex materia et forma.

Per accidens, est in iis quæ non sunt unum per se.

Subjecti, ut cum plura acidentia sunt in eodem subjecto.

Aggregationis, seu *collectiva*, ut in accervo lapidũ

Ordinis, ut exercitu, quæ unitas major est unitate *aggregationis*.

Essentiæ, seu *definitionis*, est in iis quæ habent eandem definitionem, ut ensis et gladius.

Quantitatis, ut in corpore continuo.

Identitatis est in iis quæ sunt una secundum unam ex septem identitatibus Formalizantiũ, quæ respondẽt & innotescunt tot aliis distinctionibus, de quibus supra: sic subjectum & passio sunt unum unitate identitatis, non unionis. *Ex Libeto.*

Unionis, cum ex duobus inter se unitas resultat tertium, ut ex materia & forma oritur compositum.

Indivisibilitatis, ut punctus & instans, vel ut *Scotistæ* explicant, est in iis quorum intellectio est indivisibilis, ut sunt simpliciter simplicia, videlicet ens, verum, bonum res aliquid, et differentiæ ultimæ.

Naturæ, quando ex duobus fit una natura, ut ex corpore et anima natura humana.

Personæ, quando aliqua duo faciunt unam personam

sonam, sic corpus et anima existunt una et eadem personalitate, nimirum humana.

Constitutiva, quæ reperiuntur in partibus integralibus respectu totius. *Hæc Brulefer, qui plures alias etiam ridiculas unitatis species commemorat.*

Fit ex

Integris et *perfectis*, ut acervus lapidum.

Transmutatis, ut mixtum ex elementis.

Imperfectis, per *commixtionem* ut anima et corpus.

Scientiæ, probatur ab unitate

Principii, si sit *Proximum* et *immediatum*.

Subjecti, si sit *Commune* omnibus in eadem scientia tractatis.

Finis, si sit *Ultimus*, non medius.

Distinguitur à simplicitate & identitate, quia

Unitas opponitur Divisioni.

Identitas opponitur Distinctioni.

Simplicitas opponitur Compositioni.

UNIVOCUM

Univocans, seu *partipans*, seu *signi* est nomen secundum eandem rationem pluribus attributum, ut animal.

Univocatum, seu *participatum*, seu *rei*, ut res ipsæ quæ conveniunt in uno aliquo secundum nomen et definitionem, ut homo et leo respectu animalis

Physicum, est in rebus circumscripto omni opere intellectus.

Logicum, est in primis intentionibus, quatenus stant sub una aliqua intentione Logica, ut sub intentione generis vel differentiæ.

Metaphysicum, est etiam in prima intentione, seu

in

in natura cõmuni quatenus præscindit à singularibus, circumscripta quacunq; intentione Logica, aut secunda. *Hæc Anton. Andreas.*

Essentiale, ut vivens respectu animalis & plantæ.

Accidentale, ut nigrum respectu corvi & Æthiopis.

VOLUNTARIUM

Elicitive, quia est in *Potestate volentis.*

Subjective, quia est in *Voluntate*, tanquam in subjecto.

à *Volitione.*

Naturali, quæ causatur à voluntate & cognitione sensitiva, & talis volitio semper est affectio commodi.

Rationali, quæ est causata à cognitione discretiva; Ideo potest esse vel affectio *justitiæ*, vel *commodi.*

VOLUNTAS

Per *Essentiam*, seu *rationalis simpliciter*, est in parte principali animæ.

Participationem, seu *rationalis improprie* & *secundum quid*, est in parte sensitiva quæ obedit rationi. Et aliter dicitur *Sensualitas.*

Ut Natura, comparatur ad finem ultimum, & ea quæ necessario vult.

Voluntas, seu *ut libera est*, comparatur ad media circa quæ contingenter se habet, ut possit eligere hoc vel illud.

Ratio, seu *ut deliberativa*, seu *consiliativa*, seu *ut electio*, est cum voluntas fertur in aliquid, quatenus habet ordinem ad aliquid aliud.

Signi, est aliquid *extra Deum*, quod sit signum volun-

voluntas: isipsius, ac proinde dicitur improprie & metaphorice *voluntas*, sicut punitio scelerum dicitur signum iræ divinæ. Ejus autem species sunt quinque.

Permissio, seu *indulgentia.*
Præceptum.
Prohibitio.
Consilium.
Operatio, seu *impletio.*

Beneplaciti, est ipsa realis, ac propriè voluntas in Deo, qua nimirum propiè vult aliquid, sicut fuit voluntas creandi mundum: dicitur autem beneplaciti, quia est de objecto Deo beneplacito.

Antecedens, dicitur propter relationem ad aliquam aliam voluntatem, quæ nostro intelligendi modo subsequitur. Ideoque à Chrysostomo dicitur primaria; est qua Deus vult id quod ex se & per se ipsi placet, & est gratum: ut peccatores converti, Unde vocatur etiam beneplaciti.

Consequens, est quæ aliquam aliam voluntatem nostro intelligendi modo subsequitur: Ideoque ab eodem Chrysostomo appellatur secundaria: & utráque *antecedens* & *subsequens* declaratur hoc exemplo D. Thomæ: Deus voluntate antecedente & primaria, vult omnes homines salvos fieri, sed quia multi homines voluntati divinæ non obtemperant, ideo non salvantur. Hæc autem voluntas consequens semper est efficax: Illa autem vocatur Antecedens respectu hujus, quia ex se illam habet, ex intrinseca inclinatione suæ bonitatis, non autem ex aliquo priore ex parte objecti

jecti : hanc vero habet ex aliquo extrinseco priore, contra inclinationem quodammodo coactus.

Absoluta, seu *simplex*, qua Deus aliquid vult omnino absolute & efficaciter.

Conditionata, seu *secundum quid*, quæ dicitur *velleitas*, qua aliquid vult non absolute & efficaciter, sed sub conditione.

Efficax, seu *completa*, seu *complacentiæ perfectæ*

Inefficax, seu *incompleta*, seu *simplicis complacentiæ*.

Libera, est à

Coactione, quia voluntarie operatur & non coacte.

Necessitate, quia aliquo modo habet in sua potestate operari & non operari.

Vox *Sumitur*

Formaliter, cum accipitur pro suo significato.

Materialiter, cum accipitur pro literis & syllabis, ut animal est trisyllabum.

Pro voce habente talem modum significandi, ut quando dicitur animal est nomen.

FINIS.

DISTINCTIONES PHILOSOPHICÆ,

Quarum frequentior usus,

ANNO MDC XXIV.

In Dilinganâ Academiâ explicatæ,

à

GEORGIO REEB,

SOCIETATIS JESU, PHILOSOPHIÆ

tunc ibidem Professore Ordinario.

QVanta in altioribus scientiis addiscendis frequenter incommoda multis oriantur, quam molestæ sæpe remoræ injiciantur ex hoc, quod identidem recurrentium vocum & terminorum, quibus difficillimæ etiam quæstiones, ubi major aliqua vis latet, plerumq; breviter proponi & expediri solent, recta significatio lateat, norunt omnes illi, qui ad severiora hujusmodi studia animum applicârunt: hinc enim frequenter fit, ut longissimæ inter disputandum concertationes in Quæstionem de Nomine recidant, dum nempe voces ille quasdam aliter apprehendit, quam iste; ut merito non nemo dicat, dimidium scientiæ alicujus illum possidere, qui hujusmodi terminorum significata rectè teneat. Huc vero vel primo loco venisunt DISTINCTIONES & AXIOMATA: Quid enim in disputationibus frequentius illâ voce, DISTINGUO? quid ad argumenti vim enervãdam efficacius, quam ut appositа Distinctione infringatur? quanto sæpe clamore ac contentione laboratur, ut Distinctionis allatæ membra rectè explicentur? Quanta sæpe animi præsidentia Axiomata jaciuntur, cum

repetitæ interminatione Axioma, Axioma *est*, negari non debet; *adeo ut non raro sudor etiam citius huiusmodi tela sustinenti manare incipiat, quam liquida sese extricandi via aperiatur: & tamen sub tam pomposa hedera turbidum sæpe vinum, non raro ipsum acetum venditur.*

Hæc adeo causa fuit, ut paucis ab hinc annis aliquam Distinctionum *hujusmodi &* Axiomatum *copiam colligere, & ut prædictis incommodis qualequale Auditoribus tunc meis in Philosophia subsidium adferrerur, publice explicare luberet. Neq; consilium hoc effectu suo caruisse videtur, dum etiam alii multi significarẽt, lucubratiunculas istas sibi non ingratas accidisse; & cum etiam frequentius earum exemplaria desiderarentur, factum est, ut repetito consilio tandem placuerit succisivis horis easdem revidere, & pauculis immutatis plura subinde adjicere, quæ ad rem facere videbãtur, ut sic amplior fructus existeret: hac unica intentione, ut quantuluscunq; hic labor ad majorem* DEI *honorem, & in quorum manus iste pervenerit, emolumentum cederet: Hac hoc animo profecta, Optime Lector, accipe, &* DEO *philosophare.*

PRÆ-

PRÆNOTANDA QUATUOR.

DISTINCTIO ita describi potest; *est multiplicis sensus explicatio; & separatio unius partis;* cum qua *veritas propositionis stare non potest*: adeo ut quando aliquis dicit; *distinguo hanc propositionem*: velit dicere, *multiplex hujus propositionis significatum explico, & separo id quod convenire non potest, altero relicto*: verbi gratiâ, dicis: *Album est dulce*: respondeo; album *materialiter* sumptum, concedo; album *formaliter* seu secundum formam suam sumptum est dulce, nego: nam alioquin albedo esset dulcis, &c. ergo ut paucis alteri aperiamus quo sensu propositionem admittamus, receptis quibusdam vocibus distinctivis utimur.

II. FUNDATUR hæc *distinctio formalis*, seu quæ se tenet ex parte intellectus, in distinctione *objectiva*; secundo *in multiplici vocum significatione*, quæ distinctione aperienda est; Tertio *in modo nostro concipiendi*, qui sæpe non admittit, ut rem aliàs eandem numero, uno conceptu clarè exhauriamus, sed plures formare debemus &c. Itaque tunc *distinctio*, quâ adhibemus, vera est, si res ipsæ, de quibus tunc sermo, hoc modo inter se sint distinctæ, vel tanquâ distinctæ à nostro intellectu apprehendi petant, supposito in re aliquo saltem fundamento &c.

Unde *sequitur* I. tam subjectum distingui posse & interdum debere, quàm prædicatum, imò sæpe in eadem propositione utrumque.

Sequitur II. in omni *distinctione* danda esse duo membra sibi nonnihil opposita, ac proin, quando quis dicit, *Distinguo* &c. debet expectari donec utrumque membrum adferatur.

III. Propositio quæ potest *distingui*, potest etiam *negari*; interdum tamen cogitur quis adhibere *distinctionē*, ut appareat causa *negationis*: præterea propositio semel concessa, potest quidem in alio sequenti syllogismo iterū distingui, sed hoc non est faciè faciendum, nisi protestatione factâ, posse talem propositionem distingui, sed interim transire poss. &c.

Insuper propositiones licet possent, non semper distingui debent statim ab initio argumentationis, sed negandæ potius sunt, ne argumento præmaturè filum præscindatur.

IV. Impossibile est omnes *distinctiones* uno loco explicare, neq; hoc necesse est; nam ex omnibus vocibus, in scientiis usurpari solitis, si habeāt plures significationes, membra, divisiones, &c. ut plerumq; habent, possunt formari distinctiones; sed tales peti debent ex propriis ipsarum rerum tractationibus: quædam tamen, quæ frequentius inter disputandum adhiberi solent, breviter explicabuntur Indicato plerunque fonte, unde explicationes hæ derivatæ fuerunt: quibusdam tamen Magister usus suam auctoritatem apponere debet.

Hoc porro ordine procedemus; I. Adferentur ex communi usu et modo loquendi bonorum Auctorum una aut plures *distinctionis* alicujus explicationes. II Subjungentur allatæ *distinctionis* magis declarandæ gratia propositiones duæ vel tres, partim ex materia logica, partim ex physica decerptæ.

III. Subnectentur ipsorum auctorum nomina et loca, unde prædictæ explicationes petitæ fuerunt.

DI-

DISTINCTIONES PHILOSOPHICÆ.

A.

ABSOLUTE, COMPARATE. I. *Absolutè* res aliqua ſumitur, quando conſideratur in *ſtatu abſoluto*, & ſecundum ſua eſſentialia, & ea quæ ab eſſentia proximè emanant. A. ut *homo eſt rationalis, riſibilis*, &c. Et quod hoc modo *abſolutè* ſumitur, ferè explicatur per *reduplicationem*, aut per voculam *ſecundum ſe*, vel *quia*. Et indicio eſt rem *abſolutè* ita convenire, quando ejus oppoſitum nunquam ipſi convenit: v. g. *Homo quatenus homo*, aut *ſecundum ſe eſt riſibilis*: Et non eſſe riſibilem, rationalem, nunquam homini convenit. Et ſic etiam hoc modo *Abſolutè* repugnant alicui ſubjecto illa prædicata, quæ ſub tali reduplicatione negari poſſunt; v. g. *Homo quatenus homo &c. non eſt hinnibilis* &c.

II. *Abſolutè* res ſumi dicitur, quando ſumitur *univerſim*, ſeu quaſi in *genere*, ſine reſtrictione, aut aliarum rerum, quæ ibi ſpectari poſſunt aut reperiri, conſideratione. B. ſic dicimus, *quid dicis ad hanc propoſitionem abſolutè loquendo*? Et ſic idem ferè eſt quod *Simpliciter* loquendo. de quo infra.

III. *Abſolutè* res talis dicitur, quando omnibus in re conſideratis fertur judicium ſecundum ea, quę in re illa ſũt potiora, & ſuperant contrarium ſuum: ſic dicimus: *Homo ille abſolutè eſt doctus, probus &c.* Vel quando prædicatum ſubjecto convenit, ſecundùm id, quod revera in ſe habet, non adeò comparando cum aliis. C. ſic ignis noſter elemẽtaris reve-

ra

ra urit, & corporibus dolorem infert: comparatus cum igne infernali non multo plus quam pictus ignis urere censetur.

Comparatè idem ferè est I. quod in ordine ad particularia seu individua, quoad existentiam actualem.

II. Idem est, quod *secundùm quid*, seu hoc vel illo modo consideratum, secundum hæc vel illa &c.

III. Idem est, quod in ordine ad aliud, & cum alio collatum. Sic tricubitalis collatus cum eo, qui habet X. cubitos, parvus est.

APPLICATIO I. *Logica* absolutè *loquendo, imperfectior est Physica*, secundum quid, *& hac & omnibus aliis præstat.*

II. *Corpus naturale* absolutè *sumptum melius esse objectum Physicæ dicitur, quam corpus mobile.*

III. *Physica* absolutè *loquendo plurimum juvat ad cognitionem & amorem* Creatoris *nostri; collata cum Theologia, minus quam hæc ad* DEUM *adducit.*

A. *Cajet. cap. 2. de ente & essent* Murc. *de Univers. dis. 1. q. 2. § ut in hac re &c. Vide inf. lit. V. n. 1. ubi status absolutus explicatur. In accidentalibus prædicatis falsò dico:* Homo secundùm se est albus, aut non est albus, *nam tunc oppositum conveniret.* B. *communis, indicata etiam apud Zabarellam. l. 2. de qual. Elem. c. 1. Tann. passim, præsertim c. 1. d. 4. dub. 3. n. 3.* C. Mendoza *ad init. log. suæ, Suar. dis. 10. met. s. 2. n. 22.*

A II.

ABSOLUTE, MODALITER, RESPECTIVE. *Absoluta* entitas dicitur duobus modis. I. Ut

Ut opponitur utrique tam *modali*, quam *respectivæ* seu *relationi*, & sic requirit duas conditiones; prima est, ut essentia ejus non consistat in actuali habitudine & referentia ad aliud, & sic opponitur *respectivo*; secunda est, ut non ita alligata sit alteri, ut actu secundo illud necessario determinet: & sic opponitur *modo*, de quo lit. R.

II. Sumitur *absoluta* entitas, prout tantùm opponitur *respectivæ*, & cujus tota essentia non consistit in solâ habitudine seu relatione ad aliud. A. sic etiam *Modus* potest dici *absoluta* entitas, prout nimirum opponitur *respectivo*. B.

Respectiva entitas seu relatio est, cujus tota essentia est, ad aliud se habere, &c. C.

APPLICATIO I. *Logica* absoluta *entitas est, secundum omnem prædictam acceptionem.*

II. *Unio identificatur cum suis extremis* negativè: *quasi dicas, non est entitas* absoluta *ab extremis distincta, sed* modalis *tamen.*

III. *Unio non est sola* relatio *inter unita, adeoque non est entitas merè* respectiva, *sed hoc sensu* absoluta, *vera actione producta &c.*

A. *Mend.phys.dis.12.s.3. §.83. hanc acceptionem supponit.* R. *Zabar.l.2.ph.c.1. ex sent. Scoti. Suar.met.d.16.s.1.n.9.* C. *Murcia in logica, & alii de relatione.*

A. III.

ABSOLUTE, DEPENDENTER, idem ferè sunt quod *Essentialiter* & *participativè*: de quibus lit. E.

A. IV.

ABSOLUTE. EX HYPOTHESI. Dicitur poti-

potissimum de *necessitate*. *Absolutè necessarium* est, vel quod est ens necessarium, quod non potest non existere; sic solus DEUS est necessarius. A. vel quod non contingit aliter se habere. B. seu quod spectata rei natura aliter se habere non potest. C. & hoc vocatur *simpliciter necessarium*, ut: *Hominem esse animal*. Et hoc etiam dicitur *necessarium ad se*. D.

Necessarium ex Hypothesi est, quod considerată rei naturâ aliter evenire quidem & esse possit, aliquo tamen supposito necessariò contingit, & ita se habet: v. g. respiratio & cibus necessarius est homini, supposito quod vivere velit.

Necessitas hæc primò desumitur ex quadruplici causa. 1. Quædam necessaria sunt ex causa *efficiente* supposita, ut esse diem, supposito solem supra nos lucere. 2. alia ex supposito *fine*: ut cibum capere, supposito quod vitam protrahere velis. 3. alia ex suppositione causæ *formalis*, ut album esse, si albedo inhæreat alicui. 4. alia ex suppositione causæ *materialis*, ut esse in loco, supposito quod sit substantia materialis.

Secundo, *Necessitas ex Hypothesi* desumitur ex eo quod *violentum*. E. nam hoc etiam necessarium dicitur, aut necessariò fit quod *violenter* fit, sic violenter ab illo impulsus, necessario cadis.

Necessitas ex suppositione *finis*, seu *necessarium ad aliud*. F. est duplex. 1. *Absolutè* seu *simpliciter*, id sine quo finis haberi non potest: sic ad ambulandũ requiruntur pedes. 2. *Secundum quid* & *ad bene esse*, sine quo finis haberi potest, sed non ita commodè, ut equus sano iter facturo *secundum quid* est necessarius.

II. Potest accommodari propositionibus, ut illa dicatur *absolutè necessaria*, cujus contradictoria absolutè

ſolutè eſt impoſſibilis; ut *omnis peccator eſt inſipiens.*

Ex hypotheſi neceſſaria eſt, quæ vel neceſſitatem ſuam trahit ex adjuncta infallibili auctoritate: ut DEUS *eſt natus in ſtabulo*; nam ideò neceſſario vera eſt hæc propoſitio, quia DEUS, qui falli aut fallere non poteſt, revelavit eam: Vel quę ex antecedente neceſſario deducitur, ſic hæc, *aliquod animal eſt homo*, ſit neceſſaria, quatenus deducitur ex hac, *omnis homo eſt animal*: Vel ſi deducatur ex antecedente tanquam neceſſario conceſſo, ut ſi lapis *neceſſario* eſt animal, ergo *neceſſariò* eſt ſenſibilis. Vel ab exiſtentia alicujus rei, ſic dicit Ariſtoteles, *omne quod eſt, dum eſt, neceſſariò eſt.*

APPLICATIO. I. *Logica ad alias ſcientias perfectiſſimè acquirendas* abſolutè *eſt neceſſaria.*

II. *Phyſica ad Theologiam* ſecundum quid *tantum requiritur.*

III. *Phyſicam eſſe rerum naturalium cognitionem, eſt propoſitio* abſolute neceſſaria.

A. *Tann. t. 1. d. 1. q. 1. dub. 1. n. 4.* B. *Ariſt. 5. met. c. 6. S. Thom. lect. 6. in cit. loc.* C. *Conimbr. in præf Porph. vide etiam Tann. l. c.* D. *Lor. procem. Log. part. 2. q. 10. not. 2.* E. *S. Thom. & Ariſtot. ll. cc Ubi S. Tho. neceſſitatem in 4 gradus diſtinguit, & cauſas extrinſecas tantum affirmat imponere neceſſitatem ſecundum quid: ſed in re non diſcrepat.* F. *Paulus Vallius proleg. part. 2. c. 2. Conimb. proleg. part. 2. c. 2. Conim. proleg. q. 6. art. 2. Lor. l. 2. Vide Caſtanæi voce* neceſſariũ.

A. V.

ABSTRACTE, CONCRETE. *Abſtrahere*, abſolutè eſt unum ſeparare ab alio. A. hinc res *ſeparatim* ſumpta, dicitur *abſtractè* ſumpta: *abſtractio* eſt duplex: *Realis, Intentionalis.* B. *Realis* quæ

&

& *materialis* vocatur, est, quando quædam revera conjuncta segregantur invicem. C. sic lanso pellem ovi abstrahit; sic S. Bartholomeus *abstractè* sumitur, quando sine pelle sumitur.

Intentionalis abstractio fit per intellectum, quando nimirum, ubi plura conjuncta sunt, unum consideramus, relicto altero, ut quando considero pomi odorem, relicto colore.

Abstractio intentionalis duplex est; alia *logica* quæ vocatur *universalis*, quando rem aliquam seu naturam sine suis conditionibus seu appendicibus individuantibus considero: ut quando cognosco vel discurro circa hominē, quod homo sit substantia quædam corporea, &c. sed non cognito quod sit hæc numero substantia, v. g. Petrus quod sit Dilingæ natus, barbatus, &c.

Abstractio alia est *Formalis*, seu ut loquitur Rúvius. D. *Præcessiva*, quando naturam seu formam aliquam extra suum subjectum, aut supposítum considero, cujusmodi est *humanitas, albedo, &c.*

Formalis iterum duplex est, *Physica*, quâ forma aliqua abstrahitur à suo subjecto inhæsionis, ut *albedo*, ab *albo*. *Metaphysica*, quâ forma abstrahitur à suo supposito ultimatè, ut *humanitas*, *albedineitas*. E. *Concretè* tot modis oppositis sumi potest: ubi tamen notandum, quod secundum unam rationem est *abstractum*, posse esse secundum aliam *concretum*: sic animal est *Abstractum logicum* abstractione universali, & tamen est etiam *concretum*, si cum formali abstractione comparetur, hinc enim abstrahi potest animalitas.

Hoc etiam verum est, *abstractionem præcisivam* & *logicam* sæpè confundi, ut absolute idem sit *abstrahere* unum ab alio, & *præscindere* unum ab alio,

hoc

hoc est cognoscere unum, non cognito altero, quod ibi reperitur. Aliam distinctionem *abstractionis in præcisivam & negativam* vide in axiomate, *Abstrahentium non est mendacium, &c.*

APPLICATIO I. *Universale abstrahit ab existentia suorum particularium*, abstractione logicâ, *sed non* physica.

II. *Corpus naturale est objectum physicæ, non sub* abstractione formali, *sed sub* logicâ.

III. *Compositum physicum v. g. lapis non est natura in* concreto *sumptum, sed est habens naturam, adeoque est natura sub* abstractione præcisiva.

A. *Fons. 5. met. cap. 28. s. 1. Conimb. in præst. Porph. q. 5. art. 1.* B. *Conimbr. loc. cit.* C. *Fons. ibidem, ubi aliud abstractionis genus adfert, nimirum negationis, quæ est tunc, cum unum de altero negamus; tunc enim prædicatum abstrahitur & dividitur à subjecto.* D. *Ruv. tra. de nat. Entis rat. n. 21.* E. *idem loc. cit. n. 3. 1. & seqq. Suar. in met. dist. 6. sect. 10. n. 1. & 3. ex Scoto. Smigl. dist. 3. log. q. 10.*

A. VI.

ACTU. POTENTIA. Esse actum, & esse actu differunt, sicut esse potentiam, & esse potentia. A. I. *actus* significat *operationem*: sic actus intellectûs & operatio idem sunt huic opponitur *potentia activa* operandi.

II. *Actus* significat *formam* aliquam, præsupponens subjectum aliquod, ex quo fiat, vel quod perficiat informando; & vocatur *actus formalis*, ut anima equi, forma ligni, nigredo respectu nigri, &c. Huic opponitur *potentia passiva* seu subjectiva, & sic materia prima appellatur potentia passiva: & cum in suo primario conceptu nullum *actum formalem* includat,

cludat, dicitur *pura potentia passiva*: cujus nimirum ultimatum officium sit, pati ac recipere formas, primariò substantiales, secundariò accidentales.

III. *Actus* sumitur pro *actu entitativo*, qua ratione quicquid ex se habet entitatem aliquam, ita ut non sit nihil, vocatur *actus entitativus*, vel habere *actum entitativum*. Huic respondet potentia *objectiva* seu esse rei possibile nondum extra causas positum, aut in rerum natura existens.

II. *Ens in actu*, seu *Actu*, significat ens extra causas positum: Et huic opponitur ens *in potentia* adhuc, seu ens possibile, quod actu esse nullum habet, sed tantum *objectivè* in mente divina, & possibile est fieri à potentia divina. Vide Mendozam litera C. mox citandum. Hinc absolute dicitur, quod res, quæ est *actu*, non sit in illa dispositione, secundùm quam est in *potentia*. B. & *Actu* res est, quando simpliciter est: *Potentia*, quando potest esse.

C. Præterea potentia alia excludit *Actum*, ut *sedens ambulat*, alia includit *Actum*, sic de ambulante dicimus, quod possit ambulare. D.

APPLICATIO I. *Logica versatur circa intellectum, non ut* potentia *est, sed ut varios* actus *exercere potest & solet.*

II. *Materia prima licet sit* pura potentia passiva, *nihilominus* actum entitativum *includit.*

III. *Materia prima etiam respectu formæ, quam* actu *habet, retinet* potentiam.

A. Mur. 1. ph. d. 5. q. 3. §. pro cujus explicatione. Et hinc Nihil, *duobus modis accipitur. I. pro pura negatione, ita ut nec actuale nec possibile esse habeat à parte rei, sic ens rationis est nihil. II. pro negatione actualis tantum existentiæ, sic Antichristus est nihil actuale, est tamen aliquid possibile*

bile. Mend. phyſ. d. 2. ſ. 2. §. 22. Tol. 2. phy. cap. 1. tex. 3 fund. 1. B. Ant. Zimara in tabulis § Actus deſcriptio eſt, &c. ex Ariſtot. 9. met t. 1. C. Mend. ad initium Log. Idem pluribus in met d. 8. ſ. 3. Lorin. in introd. diſt. 8. D. Picolom. de rerum defi-nit. voce Potentia.

A VII.

ACTU PRIMO, ACTU SECUNDO. Res in *Actu primo* ſæpe ſumi dicitur, quando ſpectatur ſecundum eſſentiam ſuam, & ſecundum conceptum primum, quem res includit; ſeu ſecundum formam & integritatem ſibi debitam, circumſcriptâ operatione, hoc eſt, abſtrahendo adhuc ab actuali ejus operatione, uti S. Thomas loquitur. In *Actu ſecundo*, quando ſpectatur ſecundùm illa, quæ eſſentiam conſequuntur, & ad quæ illa per ſuas potentias ordinata eſt, ſeu ſecundum operationem. *A.*

II. Res *actu primo* dicitur talis à forma, quam nondum habet, ad quam tamen capacitatem aliquam & aptitudinem habet; ſic abſolutus Logicus *actu primo* eſt Baccalaurius. *Actu ſecundo* res eſt talis, quando jam habet formam & *Actum*, à quo denominatur: ſic Ferdinandus eſt actu ſecundo Imperator.

III. *Actus primus* ſumitur pro ipſa potentia; uti voluntas, calor, &c. vocatur *actus primus*. *Actus ſecundus* vocatur ipſa operatio, vel volitio, calefactio. B.

IV. *Actu primo* res dicitur operari, quando habet omnia principia ad operandum neceſſaria, ſed nondum operatur: ſic inſtructus habitu phyſico *actu primo* contemplatur res naturales. *Actu ſecundo* operari, eſt actu ipſo operari. C.

Dupliciter huic *actui* reſpondet duplex *potentia*, prima

prima vocatur *Remota*, quæ datur ad actum primum, quam habere quis dicitur antequam habet actum primum, sic discens primùm Physicam est in potestate ad actum primum, seu in *potentia remota* ad contemplandas res naturales: altera vocatur *proxima*, quando quis ita instructus est, ut si velit, aut aliunde impedimentum non sit, possit mox operari, & hæc datur in actum secundum; sic instructus jam habitu physico proximè aptus est operari, seu discurrere circa res naturales. Et hoc etiam applicatur rebus naturalibus ab Aristot. Conimbricenses priorem potentiam vocant *Essentialem*, hoc est, ad formam ipsam, qua quis potens sit operari: posteriorem vocant *Accidentalem*, ad ipsa moderationem.

APPLICATIO. I. *Bonus Logicus etiam dormiens bene discurrere potest in* actu I. *sed non in* II.

II. *Materia prima in* actu I. *non petit esse in loco commensurativè; petit in* actu. II. *ratione quantitatis, proprietatis suæ.*

III. *Materia prima*, potentiam remotam *ad quamvis formam, proximam ad unicam tantum habet.*

A. *Ant. Zimara in tab. ex sent. comment. in* 2. *de ea text.* 2. S. *Thomas* 1. *part. q.* 48. *art.* 5. *in* C. *Conimb. in lib.* 2. *de an. cap.* 1. *lit.* 6. B. *Tann. t.* 1. *d.* 2. *q.* 11. *dub.* 4. *n.* 1. *& seqq. Arist.* 8. *Phys. cap.* 4. *text.* 31. *&* 32. S. *Thomas in eundem locum. lect.* 8. *Tol. Conim. ibidem: & prima actus explicatio ex Zimara convenit cum tertia hac, nisi quod non attingat potentiam remotam. Vide etiam Tann. l. c. n.* 11.

A VIII.

ACTU EXERCITO. ACTUS SIGNATO. Dupliciter explicatur; I. *Actu exercito*, idem est, quod

quod in *Actu directo* seu quando de ipsa re, ut est à parte rei, aliquid affirmatur: Ut *homo est beatitudinis capax*. *In Actu signato*, idem est, ac in *Actu reflexo*, éstq; de re subinde primò, subinde secundò intentionaliter sumptâ, ut infra voce *Directè* explicabitur. *A.*

Secundùm Gregoriam de Valentia in *actu exercito*, seu reipsa potentiæ versantur circa objectum aliquod, quando æquè immediatè plures rationes formales in illo attingunt, propter illarum ibi conjunctionem: sic intellectus & voluntas versatur circa DEUM, ut ens summum bonum & summum verum: In *actu signato* verò, quando sub certâ distincta ratione formali circa illud objectum potentia aliqua non versatur: circa quod sub hac ratione ut sic altera non versatur, sic voluntas attingit DEUM ut summum bonum, & quatenus tale est: Videtur hoc desumptum esse ex S. Thoma, qui *actum signatum* vocat *rem conceptam*. B. Et per hunc intelligit aliquid reflexè & signatè sumptum rem vero *directè* sumptam (quod nos vocamus in *actu exercito*) vocat *rem exercitam*.

II. Res in actu exercito fieri aut doceri dicitur, quando ipsum opus sine aliis signis aut cõsiderationibus aut reflexionibus exhibetur, aut exigitur, aut exercetur: Sic Parochus bene vivens, in *Actu exercito* concionatur suis ovibus. In *Actu signato* fit, quando quis clarè ipsis verbis, alióve signo aliquid monstrat, &c. C. sic Christus in monte docendo in *actu signato* viam ad Cœlum monstravit. D. in monte Calvariæ verò *in actu exercito*.

APPLICATIO I. *Sola Logica naturali*

instructus nunquam bene discurrit in actu signato, *sed tantum in* exercito.

II. *Corpus naturale in* actu signato *per se nec currit, nec movetur, sed hoc facit in* actu exercito *sumptum, nempe in suis singularibus.*

III. *Roganti quid sit moveri localiter? si tacens te subitò hinc auferas, aut alium per scalas dejicias, bene respondes in* actu exercito, *sed male in* actu signato.

A. *Communis, Gregor. de Val. t. 2. d. 1. q. 3 p. 4. §. Respondè distinguendum, &c.* B. S. *Thom. 4. dist. 8. q. 2. a. 1. quæstiunc. 4. sic quando dico,* HOC EST CORPUS MEUM. *inquit S. Doctor, pronomen* HOC *non sumitur secundum Actum conceptum, seu rem conceptam, tunc enim sensus esset, hoc pronomen* HOC, *est corpus meum, quod falsum est; sed sumitur secundum rem exercitam voce illa demonstratam.* C. *Lorin. introd. ad Log. dist. 7.* D. *S. Matheus. cap. 26.*

A. IX.

ADÆQUATE, INADÆQUATE. I. Tenet se ex parte subjecti quasi ubi *adæquate* res sumitur seu *totaliter*, quando secundum omnia sua, & se totam (collectim seu conjunctim sumendo) est talis sic universale *adæquatè* sumptū est ens rationis; hoc est acceptum pro re quæ est universalis, & simul cum abstractione & unitate, qua factum est universale: *Inadæquatè* sumitur secundum aliquid sui sic universale *inadæquatè*, secundum materiale nempe, sæpe Ens est reale. A. *Adæquatè* itaque res sumitur tunc, quando accipitur secundum omnes suas partes non distributivè, sed potius collectivè falso enim diceres, homo *adæquatè* sumptus (hoc

est

est secundùm omnes suas partes distributivè) est extensus , cum secundùm animam non sit extensus.

II. Tenet se ex parte membrorum distinguentium , & illa adæquatè distingui dicuntur , quando unum prorsus nil habet in individuo, quod habet aliud , sic Hugo & Lombardus adæquatè differunt , adeoque realiter , strictè , seu totaliter. *Inadæquatè* verò differunt , quando unum includit omnia quæ alterum habet , sed non contra , sic manus inadæquatè differt à toto suo corpore.

III. Tenet se ex parte objectorum , & objectum *adæquatum* idem est quod *totale*, quod nempe scientiam adæquat & exhaurit , & per se solum, & reliqua omnia propter illud à scientia tractantur, ut modus differendi in Logica: *inadæquatum* idem est quod partiale, ut syllogismus in Logica B.

IV. Causa *adæquata* dicitur causa totalis, *inadæquata* partialis. C.

Applicatio. I. *Demonstratio* inadæquatè *sumpta (secundum solam formam) non generat scientiam*; *sed tunc quando* adæquatè *accipitur simul cum accomodatâ materia.*

II. *Totum compositum* adæquatè *sumptum non differt à suis partibus unitis realiter , sed ratione tantum.*

III. *Compositum tamen* inadæquatè *sumptum, non differt à partibus unitis*, sed inadæquatè *tantum.*

A. *sic colligitur ex communi usu, & ex Mendoz. Phys. disp. 6. sect. 1. §. 7. B. Conimb. qq. proœm. q. 5. a. 1. Vallius Proleg. part. 2. quæst. 3. c. 12. & clarè Lorinus Proœm. Log. part. 1. q. 1. not. 4. Murcia introduct. logicæ disp. unic. q. 2. §. sed objicies.* C.

c.Mend. loc.cit.& pluribus Phyſ.d.8.ſ.9. §.19 Paſſim etiam applicatur ad eſſentiam, & ejus conceptum, & adæquatus conceptus dicitur, quo tota rei eſſentia exhauritur. Item locus adæquatus vel inadæquatus dicitur, prout nimirum contentum ſuum contingit,&c.

A X.

ADHÆSIVE, INHÆSIVE, INFORMATIVE, DENOMINATIVE, Dicuntur hæ voces de ſubjectis. Subjectum *Adhæſionis* eſt illud, ad quod ita alterum terminatur, ut illud non intelligatur pervadere quaſi, ſed tamen intrinſecè afficere adhærendo; v. g. Punctum continuans eſt in parte diviſibili, quam unit, *adhæſivè*, quia entitatem illius partis non pervadit, ſed tamen intrinſecè afficit. A.

Subjectum inhæſionis, recipit aliquid à ſe dependens, ut ſubmoto nimirum ſubjecto, id quod receptum erat, hoc ipſo non maneret amplius in rerum naturâ, ſed mox in nihilum excideret, ſicut ſubmotâ ſede ſeſſor in terram corruit. B.

Informationis ſubjectum eſt, quod ab aliqua formâ informatur & perficitur (abſtrahendo an dependenter hoc fiat, vel non) & quidem ſi ſit ſubjectũ *Informationis* tantùm, informans debet eſſe ſpectans ad idem prædicamentum, ſive intrinſecè ſive reductivè; contra quam ſit in ſubjecto inhæſionis, ubi receptum plerúmque eſt diverſi prędicamenti, licet ſubinde etiam ad unum & idem prædicamentum ſpectet, ut patet præſertim in qualitatibus ſpiritualibus ſeu incorporeis. Præterea quod eſt in altero tanquam ſubjecto Informationis, plerúmque unum ens per ſe cum illo conſtituit, ſi ſpectetur cum omnibus

nibus ad quæ est ordinatum: & sic etiam differt à subjecto *Inhæsionis*, nam hoc cum suâ formâ non facit Ens per se: de quo infra, voce *Per se, &c.*

Subjectum *denominationis* est, quod ab aliquâ forma denominatur. C. Ubi satis est ut forma denominans sit in parte aliqua totius, quod ab illa formâ denominatur. Sic Paulus habens rubram barbam dicitur rufus, licet dentes sint candidi: Sic Joannes dicitur visus, licet caput illius tantum vel pedes videris.

Colliges hinc, omne subjectum *Inhæsionis* esse etiam subjectum *Informationis*, nempe à formâ aliquâ substantiali vel accidentali; sed non omne subjectum *Informationis* esse etiam *Inhæsionis*, ut patet de formâ substantiali.

APPLICATIO I. *Logica est in intellectu, & ipse intellectus in anima, tanquam in subjecto* inhæsionis, *in toto homine tanquam* denominationis.

II. *Forma substantialis omnis de facto causans, recipitur in alio, tanquam subjecto, non* inhæsionis *cum spectet ad idem prædicamentum, sed* informationis.

III. *Unio pro subjecto habet etiam formam, sed* adhæsivè *tantùm*: subjectivè est *in sola materia.*

A. *Mur. 6. phys. disp 1. q. 3. & 2. phys. disp. 3. q. 5. concl. 1. Mend. phys. disp. 12. sect. 4. §. 41. ubi. hoc subjectum vocat, Intrinsecæ denominationis.*
B. *Mur. loc. citat. 6. ph. ubi ait id quod est in subiecto inhæsionis, est intimè per illud diffusum, &c.*
C. *Suar. disp. 5. metaph. s. 3. n. 7. ubi habet aliud subiectum, Prædicationis, de quo aliquid affirmatur quod in log. passim notum.*

II. BONITAS NATURALIS, MORA-

LIS. *Bonum* absolutè in se est illud, quod est perfectum essentialiter, cui nihil deest, quod sit de ratione ejus, ut adeo *Bonitas* formaliter sit perfectio & integritas rei in genere entis: quæ vocatur etiam *naturalis* seu *entitativa bonitas*, seu bonum in *ratione*, vel *genere* entis; A. aliis bonitas *transcendentalis*, quæ nimirum omni enti convenit. B. Hoc enim ipso, quod ens est, habet aliquam perfectionem; melius enim absolutè est esse, quàm non esse. C. & hæc etiam Formalis seu Physica appellari potest.

Moralis bonitas reperitur in bonis & rectis moribus, quando nimirum agens liberum actiones suas secundùm præscriptum & regulam rectæ rationis conformat, quod etiam *Honestum bonum* dicitur. D.

APPLICATIO I. *Qui de omnibus rebus pulchorè discurrit, & malè vivit, est quidem bonus* Logicus physicè, *sed non* moraliter.

II. *Melius* (*moraliter loquendo*) *esset multis non esse, quam* transcendentaliter *tantùm bonos esse.*

III. *Bonitas finis apparens non minus causare potest finaliter quam verum bonum.*

A. *Tann. t. 1. d. 2. q. 3. dub. 3. n. 1.* B. *Mend. met. disp. 7. f. 3. §. 29, & 33.* C. *S. Thomas Tract. peculiari de prædest. c. 7. §. si autem objiciatur.* D. *S. Thom. l. cit. Vide etiam* Suar. *disp. met. 10. s. 2. Vasq. quæst. metaph. d. 3. c. 5.*

B II.

12. BONUM RELATE. ABSOLUTE. *Bonum relate* dicitur, quod alicui est conveniens, & sic appetibile. A. *Convenientia* hæc vel est generalis quæ appetitur vel ab Auctore naturæ, vel ab ipsa natura: sicut enim supra dictum est, hoc ipso quia

est

est ens, est appetibile ab aliquo. Vel hæc *convenientia* est specialis, respiciens rem aliquam peculiarem: sic frigus bonum est aquæ, & ab hac appetibile, non verò igni. Et siquidem habeat perfectionem suam etiam accidentalem in ordine ad suam finem, dicitur res illa *formalem* etiam habere bonitatem, & absolutè loquendo esse bona &c. Unde colliges secundum varias considerationes eandem rem posse uni esse bonam, alteri malam.

APPLICATIO. I. *Logica absolutè & relatè generali convenientia omni homini bona est.*

II. *Anima non absolutè sed relatè corpori. certe nim. modo dispositio bona est.*

Ex. Tann. cit. t. 1. quæst. 3. dub. 2. n. 1, & 2. ubi etiam pluribus explicat, quomodo se habeat relatio, quæ in explicatione boni intervenire videtur.

C

13. CATEGOREMATICE. SYNCATEGOREMATICE. I. Derivantur hæ voces à græco κατηγορέω, id est, *accuso*, apud dialecticos ferè idem est, ac *prædico* & *diserte affirmo*, hinc κατηγόρημα, id est prædicatum & κατηγορηματικῶς, id est, prædicabiliter (existens) Adeoque *categorematicè* esse dicitur, quod simul affirmari potest quod sit, *syncategorematicè*, quod compredicari potest: & per possibilitatem tantum quod existat, si physicè loquamur.

Hinc infinitum *categorematicum*, apud Aristotelem & Interpr. B. est illud quod simpliciter & actu est infinitum, & in quo omnia actu reperiuntur, quæ ad infinitatem spectant.

Infinitum *syncategorematicum*, seu potentia est

ex quo aliud & aliud ſumitur, & id quod ſumitur ſemper finitum eſt; ſicut & illud quod fit per appoſitionem nunquam poteſt eſſe actu exiſtens ſecundum omnia quæ addi poſſunt; & ſic illud infinitum nunquam ponitur *categorematicè* in rerum natura, ut pluribus interpretes probant ex Ariſt.

II. *Logicè* loquendo vocabitur illud *categorema*, ſeu vox categorematica, quæ adiuncta ſoli verbo Est orationem & ſenſum perfectum facit, ut Iſaias eſt: adeoque quod Lorino teſte rem per ſe ſignificat. C. *Syncategorema* eſt, quod ad alium nominativum annecti debet, ad hoc ut poſſit in orationis compoſitionem venire; *ut hic liber eſt Joannis, &c.* D. hinc priora à Fonſ. vocantur *Decibilia.*

Applicatio. I. Categoremata, *principaliùs ſpectantur à Logica, cùm hæc propinquius ad demonſtrationem ſervire poſſint, quam* Syncategoremata.

II. *Quævis Quantitas dividi poteſt in infinitum* ſyncategorematicè *tantùm.*

III. *Hoc ipſo quia quovis numero* D. Deus *maiorem creare poteſt, nunquam creabilis erit numerus* categorematicè *infinitus.*

A. *Henric. Stephan. l. 1. Theſ. græc. columna 32. Ariſt. 3. ph. t. 58. Albertinus de prædic. Quant. d. 4. quæſt. 2. tota S. Tho. Conim. Ruv. Tol. in cit. loc Ariſt.* C. *Lorin. in introduct. cap. 1. diviſ. 1.* D. *Philipp. de Trieu. tract. 1. part. 1. c. 1. art. 3. Fonſ. lib. Inſtit. cap. 9. ad finem. Mend. in ſummulis diſp. 1. ſ. 10. ubi ſyncategoremata vocat Conſignificativa.*

C. 11.

C II.

14. CÆTERIS PARIBUS. Dupliciter adhibetur. I. Quando inter quædam fit comparatio, & unum alterum excedere dicitur, vel præstantius esse, tunc solet concedi, *cæteris vel omnibus paribus*. A. V. G. bonus logicus pluris est faciendus, quam indoctus physicus, *cæteris paribus*, hoc est, si in logico etiam mores sint boni, & similia.

II. Quando in una re à similitudine argumentamur ad aliam; v. g. Sicut se habet genus ad speciem; sic se habet materia ad compositum; ergo sicut genus in recto prædicatur de specie, etiam materia prædicabitur de composito. Resp. negando consequen. quia *cætera* non sunt *paria*: disparitas est in hoc, quia genus est totum potentiale, & ut totum significatur, materia verò semper est pars. Et huc venit illud; *Est par, vel est dispar ratio*; nam ubi cætera non sunt paria, debet disparitas, aut disparatio assignari.

APPLICATIO I. *Ens rationis plus conducit Logico, quam ens reale*, cæteris paribus; *supposito nimirum, quod velit reflexè, & in actu signato scire, se scientificè discurrere.*

II. *Agens producens formam, & unionem simul, est perfectius illo, quod solam formam producit*, cæteris paribus; *si nempe forma sit producibilis etiam à creatura.*

III. *Causa proxima perfectius in effectum influit, quam remota*, cæteris paribus, *si nempe æquè principaliter influat, &c.*

A. Mar. 1. de gener. disp. 4. q. 5. §. & si instet.

B. *S. Thomas. 4. d. 1. quæst. 1. art. 4 quæst. Ubi ait per* TÒ *A denotari principale agens, per* TÒ PER *verò causam instrumentalem.*

C III.

15. COLLECTIVE. DISTRIBUTIVE. Datur hæc. et VI. Distinctio de vocibus quæ suppositionem certam habent, nam cum *suppositio* nihil aliud sit, *quam vocis usurpatio pro suis significatis, sive mediatis, sive immediatis*, hinc voces illæ, quæ supponuntur pro rebus, plerunq; communes sunt, plures res significantes, hoc vel illo modo: ut ergo constet, quomodo vox aliqua supponatur. videndum est, quomodo illa inclusa sua significata repræsentet, nam ex hoc diverso modo sæpe veritas, & falsitas propositionum dependet.

Itaque *collectivè*, seu *copulativè*, seu *collectim* vox aliqua sumitur, quando accipitur secundum omnia quæ involvit, quasi in cumulum simul conglobata; ut omnes Apostoli, simul sumpti, sunt duodecim, h. e. & iste, & iste, & iste Apostolus, sunt duodecim.

Distributivè, seu *copulativè*, seu *universaliter* vox accipitur, quando sumitur secundum omnia, et singula seorsim sumpta; ut omnis homo est animal, *tò homo* supponitur *distributivè*, et sic explicatur; et hic homo est animal, et iste homo est animal, &c. A. Sic in diverso hoc sensu multa vera, aut falsa sunt, sic lupus una hora potest vorare mille oves, *distributivè* sumptas, nempe, et hanc potest edere, et illam potest edere, &c. sed non *collectivè*, hoc est, non hanc, et illam, et illam, etc.

APPLICATIO. I. *Bonus logicus potest una hora*

facere

facere mille demonſtrationes diſtributivè *ſed vix* collectivè.

II. *Materia habet potentiam ad infinitas formas*, diſtributivè.

III. *Partes integrales hominis ſunt etiam de eſſentia ejus, non* diſtributivè, *ſed* collectivè.

C IV.

16. COMPLETE. INCOMPLETE. Ferè idem ſunt, quod *Adæquatè & Inadæquatè*, de quo jam ſupra ſatis. Præter illa: *Ens completum dicitur*, quod natura ſua non ordinatum eſt ad aliud ens *per ſe, ſeu unius prædicamenti*, componendum, de quo infrà litera P. *Incomplementum* eſt, quod natura ſua tanquam pars, vel aliud complementum ordinatum eſt ad ens per ſe faciendum. Sic Logica in ſuo genere eſt ens *completum*, nam ex Logicâ et homine logico non fit unum ens per ſe.

APPLICATIO. I. *Tota eſſentia ſyllogyſmi continetur in præmiſſis*, incompletè *tamen*.

II. *Quod advenit actui* completo *eſt accidens, hinc materia prima non eſt accidens, quia advenit actui tantum* incompleto.

C V.

17. COMPLEXE. INCOMPLEXE. Dicitur de neceſſitate. *Complexa* neceſſitas reperitur in propoſitionibus illis, quæ non poſſunt non eſſe veræ: ut quæ ſunt in primo et ſecundo modo dicendi *per ſe*. *Homo eſt animal riſibilis, &c.* Vel quandocunque poſito tali ſubjecto, neceſſariò ponitur tale prædicatum, ut poſito quod ſit ſyllogiſmus, neceſſariò hi-

habebit tres propositiones, &c. *Incomplexum* necessarium est, quod non potest non esse, cujusmodi est solus DEUS. A.

II. Dicuntur voces quædam *incomplexæ*, quarum significatum unico conceptu, et cogitatione potest concipi. licet subinde duæ voces grammaticales sint v.g. *consulens patriæ*, *corpus animatum*. Si verò petat duabus distinctis cogitationibus concipi, erit vox *complexa*, v.g. Homo albus, DEUS sapiens. B.

III. Objectum *complexum* dicitur tota conclusio, seu connexum ex prædicato et subjecto, quod principaliter scitur. *Incomplexum* objectum & subjectum conclusionis, sive ipsa res de qua est scientia. C.

APPLICATIO. *I. Logica si non* Incomplexum, *saltem* complexum *necessitatem habet, sufficientem ad propriè dictam scientiam.*

II. *Corpus naturale re* incomplexum, *benè potest esse objectum physicæ.*

A. *Castanæus voce complexum. Tann. tit. 1. d. 1. quæst. 2. d. 3. n. 7.* B. *Vallius in Antipræd. quæst. 2. c. 2. Murcia cap. de prædicam. generatim.* C. *Tann. tit. 1. q. 3. dub. 1. n. 1. ex Dur. & Cajet. &c.*

C VI.

18. CONFUSE. DETERMINATE. DISTINCTE. *Confusè*, seu *disjunctè*, seu *indeterminatè* sumitur vox aliqua communis, quando particularia ejus significata explicantur per vocalem VEL, ita repetitam, ut fiat unica propositio; ubi non certum aliquid significatur, sed plura in confuso: ut *omnis homo est vel bos, vel illud animal, &c.* A. *Determi-*

minatè, seu *disjunctivè* sumitur, quando adhibetur 70 VEL in explicatione nominis communis, ita ut fiant plures propositiones, nihil tamen adhuc omnino certi in individuo significetur. Ut *aliquis homo moritur*, nempe vel hic homo moritur, vel iste, &c. B. *Distinctè* sumitur, quando certum in individuo significatur: Ut *omnis homo morietur*, et hic, et iste homo morietur, &c.

APPLICATIO I. *Logico necessaria est cognitio syllogismi* confusè *tamen & non* determinatè.

II. *Compositum physicum requirit formam & materiam in sensu* confuso *sed non in* determinato.

III. *Hoc tamen numero Compositum requirit* distinctam *materiam & formam.*

A. *Fons. 8. lib. instit. c. 32. & 33. Mend. in summulis disp. 2, sect. 5. Philipp. de Trieu. & alii.* B. *Mur. de prædicam. disp. unica. quæst. 2. Colligitur etiam ex Paulo Vallio in anteprædica. q. 1. c. 3. & maximè ex quæst. 1. c. 5. ubi de ente per se agit, ad quod negat posse concurrere ens complexum.* C. *Fons. lib. cit. cap. 30. & 31. & alii Summulistæ.*

C VII.

19. COMPOSITUS SENSUS, DIVISUS. *Compositus sensus* tribus modis potest esse. I. Quando prædicatio fit nominibus connotativis, potest esse vera, si fiat compositio secundum formalia significata, falsa si secundùm illa fiat divisio, vel contra: v.g. Logicus necessariò est sciens in sensu *composito*; quatenus nimirum Logicus est hoc verũ, sed in sensu *diviso* falsum est, quod Logicus quatenus

tenus homo necessario sit sciens. A.

II. Est sensus *compositus* respectu subjecti, maximè quando sumitur secundum certam hypothesin; sic currens necessario movetur in sensu *composito*; indicium utrobiq; est *reduplicatio*, sub qua illi termini accipiuntur; de qua litera R. ut dicam, currens quatenus currens necessariò movetur. B.

III. Sensus compositus est, quando aliquid certo modo convenit propterea, quia ex aliis propositionibus et cogitationibus deductum fuit: sic hæc propositio; *quoddam animal est homo*, est necessaria in sensu *composito*, quatenus deducta est ex illa, *omnis homo est animal*; alias explicationes habet Fons. in suis instit. C.

APPLICATIO I. *Conclusio deducta ex præmissis necessariis, & ipsa necessaria erit in sensu composito, sed non in sensu diviso.*

II. *Materia prima existens sub certa forma, non habet capacitatem ad aliam formam naturaliter recipiendam, nisi in sensu diviso.*

III. *Aliqua substantia necessariò est materia prima, hoc ipso, quia omnis materia prima necessariò est substantia.*

A. *Hic sensus explicatur apud Fons. 8. lib. instit. c. 42. ubi de appellatione.* B. *Albertin. tom. 1. prin. phil. 3. d. 2. punct. 1. not. 3. & sic salvatur Darapti convenienter omnino.* C. *Fons. 8. lib. instit. c. 6.*

D

20. DIALECTICE. DEMONSTRATIVE. *Dialectice* procedit, qui procedit ex probabilibus argumentis. A. et probabiles propositiones infert.

De;

Demonſtrativè, qui ex certis, et evidentibus mediis etiam concluſiones evidentes infert.

APPLICATIO I. *Opinio generatur ex præmiſſis non* demonſtrativè, *ſed* dialecticè, *tantum propoſitis.*

II. *In probandis indiviſibilibus* dialecticè *potius proceditur, quam* demonſtrativè, *etiam quando ad experientiam de tactu globi venitur.* B.

A. *Maſius. qu. proœm. in log. ſect. 1. q. 1. ſignificatione 3. ex Ariſtotele 1. Top. cap. 1. Lor. in iiſdem Prolog.* B. Ratio eſt, quia de facto non datur talis globus, ergò malè infertur, dari de facto indiviſibiliâ, quæ probantur ex illo, quod non eſt, et de quo dubitatur, an poſſibile ſit, &c.

D II.

21. DIRECTE. INDIRECTE. REFLEXE. I. Locum habet circa objectum alicujus ſcientiæ vel actionis. *Reflexè* cognoſci vulgariter illud dicitur, quando quis ſtudio ad rem aliquam attendit. Propriè autem dicitur actu reflexo aliquid cognoſci, quando iam ante eſt cognitum, idque triplicitèr.

I. Ut res cognita denuo quaſi examinetur, non tamen ſimul cum priori cognitione ſumpta; ſic reflectit ſe aliquis ſuper veritatem jam cognitam, denùo examinando convenientiam extremorum ejus, &c. ut cum cognovi ex diſcurſu cœlum eſſe ſolidum; me reflectens dicam, *cœlum eſſe ſolidum* verum eſt.

II. Ut quis *reflectat* ſe ſuper rem, quatenus cognitam,

nitam, simul cum cognitione sumptam: Et hi actus reflexi, faciunt secundas intentiones. Sic Logicus reflectit se super hominem, quem abstractè cognovit, & sic facit speciem, dicendo v. g. Homo ut abstrahitur à singularibus, est universale, species, &c. A.

III. Ut *reflectat* se super cognitionem, qua prius aliud cognoscebat, & hic manet prima intentio.

Directè intenditur à Scientia vel actione aliqua, quod primario, & per se, & ratione sui spectatur. Indirectè quod tantùm ratione alterius, & quasi per accidens: sic ens rationis in Logica spectatur, *Directè* verò operationes intellectu dirigibiles, &c. B.

II. Locum habet in prædicationibus. *Directa* dicitur illa, quando vel prædicatur superius de suo inferiori in eadem linea: Ut *homo est animal*: vel quando prædicatur differentia de sua specie, *homo est sensibilis, &c.* vel quando prædicatur accidens de substantia nomine connotativo: *homo est albus, &c.* Si uno ex istis tribus modis invertatur prædicatio, vocatur *Indirecta*: ut *animal est homo, sensibile est animal, &c.*

APPLICATIO I. *Logicus considerat primas Intentiones* directè, *secundas* indirectè *tantum.*

II. *Physica* directè *considerat entia, realia*; indirectè *tantum vacuum, privationem, &c.*

A. *Suar. disp. Met. 8. s. 3. n. 13. Logici etiam applicant has voces prædicamentis, ubi quædam directè ponuntur quæ habent conditiones ab iis requisitas, reliqua ponuntur* Indirectè, *aut* Reductivè, *Ruv. in Log. q. præm.* B. *Objectum directum et per se pro eodem accipit. Lorin. præm. log. 1. Vbi de ente rationis. Vide Forerum disp. de Im-*

impulsu, &c. n. 12. & seqq. ubi plura de motu præsertim reflexo disputat.

D. III.

21. DIVERSO RESPECTU. EODEM. *Diversus respectus* hic ferè passivè seu objectivè sumitur, ut idem sit quod *diversus conceptus objectivus*, & tunc res dicitur *diverso respectu* cõsiderari, quando à nobis uno conceptu exhauriri nequit, & jam secundum unam rationem, aut considerabilitatem spectatur, mox secundum aliam. Imo etiam ad æquivoca, & analoga accomodari potest, & concreta omnia; sic album *diverso respectu* est substantia, & accidens: Canis est vivens, & non vivens. **A.** *Eodem respectu* sumitur res, quando uno tantum modo, & secundum unum membrum consideratur.

APPLICATIO I. *Universale dici potest ens reale, & ens rationis* diverso respectu: *Ens rationis quatenus sumitur formaliter secundum præcisionem, &c. reale quatenus sumitur materialiter.*

II. *Forma substantialis* diverso respectu *est tota essentia Compositi, & est pars tantum ejus: quatenus enim compositum in certa specie constituitur, & vim agendi habet, &c. hoc à sola forma accipit; quatenus spectatur ut totum physicum, sic pro parte includit etiam materiam.*

A. *ita quo ad rem Mur. in Log. super prædicam. disp. unica q. 3. concluſ. 2. Mend. phyſ. diſp. 11. ſect. 4. Smigl. diſp. 7. q. 4. B. ita pluribus Perer. de princi. phyſ. l. 6. c. 8.*

D. IV.

23. DIVERSITATE LOGICA. PHYSICA

SICA. *Logica diversitas* locum habet. I. in propositionibus affirmativis artificialibus, in quibus subjectū, & prædicatum (licet à parte rei sæpè non differant) petunt diversis conceptibus apprehendi: hoc deprehenditur, si in abstracto reduplicativè de se negentur, talis diversitas est hic cum dico; *Homo est animal.* A. DEUS est sapiens: nam benè dico Humanitas quatenus humanitas non est animalitas: DEITAS quatenus Deitas non est sapientia.

II. *Diversitas logica* est in propositionibus negativis, quæ requirit ut possim dicere. *Hæc res non est illa res*, Homo non est lapis &c.

Porrò *Physicè diversum* ab alio tribus modis potissimum apud Arist. B. aliquid dicitur. I. *Diversum* dicitur omne illud, quod non est idem; nam omne ens alteri comparatum aut est idem cum illo, aut non est idem, si non est idem, diversum est, ut pluribus Suarez. C.

II. *Diversa* dicitur una prima substantia ab alia, sic Tu, & ille, diversi estis.

III. Dicuntur *diversa* entia mathematica, sic duæ lineæ inæquales dicuntur *diversæ*.

APPLICATIO I. *Logica docens est* diversa à *Logica utente*, *non diversitate physica, sed logica.*

II. *Unio non est materia, neque forma neque utrúmque simul, sed physicè quid ab his* diversum.

A. *Ita apud Ruv. tract. de prædic. logicis, & colligitur infra ubi de identitate logica.* B. *Arist. 10. metaph. à tex. 19. S. Thom. lect. 4. in citatum libr. Fons. in explicat. ejusdem loci.* Et *apud Arist. est discrimen inter* differre, *&* diversum *esse, nam quæ differunt, in aliquo convenire debent, & per aliquid superadditum differre, quæ autem diversa sunt,*

sunt, absolutè non est necesse ut in aliquo conveniant; possunt esse se totis diversa. Ita etiam S. Thom. 1. part. q. 3. a. 8. ad 3. Suarez. disp. 7. metaph. s. 3. ubi aliam conditionem superaddit. C. Suarez. loc. cit.

E

24. ESSENTIALITER. ACCIDENTALITER. INTEGRALITER. Dicuntur I. de convenientia, illud *essentialiter* convenit alteri, sine quo nec esse nec concipi potest. A. Vel quo negato ipsa tota essentia immediatè negatur, ut si dicas, *Petrus non est animal*, mox infertur, ergo non est homo. seu prorsus non habet essentiam hominis, nam sine animali hæc reperiri non potest.

Accidentaliter convenit unum alteri duobus modis. I. ut licet essentialiter non insit, tamen necessariò conveniat, & est id sine quo alterum vel esse vel concipi potest quidem, attamen hoc negato ipsa essentia tollitur mediatè, & consecutivè, v. g. risibile est accidens necessarium, quia si dico *homo non est risibilis*, non mox sequitur, ergo non est homo; sed prius hoc, ergo non est admirativus, ergo nec discursivus, ergo nec rationalis, ergo nec homo.

II. *Contingenter* ineſt, quo negato essentia nec mediatè negatur. B. *Integraliter* convenit, quod in ratione extensionis alterum complet, & ipsi superadditur, & nisi collectivè sumptum non est de essentia, ut manus, pes, &c.

III. Dantur hæ vocales de *differentia*: *Essentialiter diversa* sunt, quæ vel secundum formam substantialem sunt diversa, si quidem physicè sunt diversa; vel secundum differentiam quandam constituentem

tem, si metaphysicè intelligantur esse diversa, sic equus *essentialiter* differt ab homine, quia hic est rationalis, ille hinnibilis: Vel quæ toto genere sunt diversa, & nullum genus univocum commune habent; quæ dicuntur *se totis diversa*, ut substantia, & quantitas, DEUS, & Creatura. &c.

Accidentaliter diversa sunt, quando unum quædam accidentia habet, quæ non habet aliud, sive jam intrinseca, sive extrinseca, sic Italus differt à Gallo, &c.

APPLICATIO I. *Definitio physica differt à metaphysica, non* essentialiter, *sed tantum* accidentaliter, *propter diversum concipiendi modum.*

II. *Inhærentia actualis accidentibus convenit non* essentialiter, *sed* accidentaliter.

III. *Materiæ primæ sublunarium differunt inter se* accidentaliter; *à cœlorum materia* essentialiter.

A. *Philipp. tract. 1. p. 1. c. 2. a. 3. q. 4. Suar. disp. 2. metaph. sect. 4. n. 5. pluribus explicat, in quonam essentia rei consistat: ut clare colligitur ex eodem disp. 47. sect. 3. n. 12 ubi de transcendentalibus relat. agit, Smigl. in Log. disp. 10. q. 8. arg. 5. & seq.* §. B. *Philipp. loc. cit. c. 3 a. 2. q. 4. Mend. disp. phys. 7. s. 2. §. 5. vocat id esse de essentia, quod inest primo & per se, qui vocatur primus rei conceptus. Et disp. 1. s. 2. §. 8. ubi facit discrimen inter partes integrales, & essentiales.*

E. II.

25. ESSENTIALITER, PARTICIPATIVE. *Essentialiter*, seu per essentiam tale est, quod suum esse, & quæ in illo reperiuntur non accepit ab alio quopiam; & hoc dicitur etiam *absolutè* esse,

esse, seu habere esse absolutum & independens, hujusmodi est solus D. Deus noster. A. *Participative* tale est, quod essentiam suam, & quæ in illa reperiuntur, ab alio accepit, & quod esse dependenter habet ab alio, hujusmodi sunt creaturæ omnes.

Applicatio I. *Syllogismus dum existit necessario existit, sed non* essentialiter.

II. *Materia prima suam esse participat non à Creatura aliqua sed ab ipso Creatore.*

A. S. *Thom.* 1. *p. q.* 3. *a.* 4. *Vasq. disp. met.* 4. *Gillius. l.* 2. *t.* 1. *c.* 4.

E. III.

26. Extensive. Intensive. Dicitur de iis maximè quæ qualitatem adeoque magis & minus recipere possunt. *Extensio* datur duobus modis. I. Ad plures partes subjecti, vel diuturnius tempus. II. Ad plures veritates in objecto scientifico cognitas.

Intentio datur. I. respectu plurium graduum in eodem subiecto. II. Respectu veritatum quarundam melius & perfectius cognitarum. A. sic bonus logicus *intensivè* est doctior mediocri Magistro: & hic *extensivè* illo est doctior; si corpore calido ut tria, manus calida ut quinque est magis calida *intensivè*, corpus magis *extensivè*.

Applicatio I. *Quæ Rhetorica* extensivè *multis proponit, Dialecticus* intensivè *melius paucis comprehendit.*

II. *Forma substantialis potest una aliâ esse maior* extensivè, *sed non* intensivè, *hoc ipso, quia formæ substantiales intendi aut remitti nequeunt.*

A. *Tann. t. 1. d. 2. q. 6. dub. 5. n. 11. ubi de perfectione, seu intensione, Visione verbi, &c.*

F

27. FORMALITER. MATERIALITER. Prænotandæ quædam acceptiones vocis *formæ*. nam *forma* sumitur. I. Pro altera parte compositi physici, & vocatur *forma physica*, seu compositionis.

II. Quodvis accidens, quod in alio tanquam subjecto inhæsionis est, vocatur ejus *forma*, sive sit artificiale, ut forma sellæ, scamni, &c. sive naturale, ut calor, frigus, &c.

III. *Forma* sumitur pro quovis, quod aliquam denominationem ponit: sic cæcus dicitur à cæcitate, quæ se per modum formæ habet; sicut & viso respectu muri visi.

IV. *Forma metaphysica* realis est tota rei substantialis essentia, seu integra rei natura, quæ plerumque nomine abstracto exprimitur: ut DEITAS, humanitas, &c. A.

V. *Forma logica* (alias etiam metaphysica secundum rationem) præcipuè solet dici de differentia essentiali. B. Utráque hæc *forma* ita appellatur, ob quandam similitudinem cum forma physica; sicut enim hæc actuat, & perficit, ac complet compositum, sic cum quadam proportione metaphysica forma facit, respectu totius suppositi, & differentia respectu generis.

VI. Sumitur pro Idea: Specie: Perfectione: Actu: Termino: Ratione: Habitu, Essentia, &c. C.

Formaliter itáque universim subjectum sumitur, quando prædicatum inest subjecto propter *formam* aliquam, seu formale significatum (quod formale signi-

significatum potissimum per nomen abstractum illius subjecti innotescit) & si forma illa causa est, cur prædicatum illud conveniat subjecto, tunc subjectum sumitur *formaliter*. D. v. g. *album formaliter sumptum est disgregativum visus*: quod etiam suo modo de prædicato intelligendum. Si non propter formam ibi repertam, & expresse ibi connotatam prædicatum verificetur, sumetur illud subjectū *materialiter*. v. g. *album est dulce*; subiectum sumitur *materialiter*, nam album *formaliter* sumptum (adeoque ratione albedinis) non est dulce, sed *materialiter* sūptum, & explicatur; *Res quæ est alba, est dultis*. E. Indicium sensus *formalis* est sensus reduplicativus, qui tunc adhiberi potest. v. g. *album quatenus album, est disgregativum &c. Materialem* acceptionem indicat sensus specificativus: album quod est album, seu album quatenus dulcedinem habet, est dulce, &c. Logicus quatenus Logicus est sciens, sed quatenus homo, non est sciens: alias etiam Melibœus, et Corydon essent scientes. F.

II. Locum habet in *suppositionibus* (quid *suppositio*, dictum est supra littera C. voce *collective &c.*) Vox aliqua *formaliter* supponitur, quando accipitur pro re ad quam significandam est imposita, ut cum dico: *Homo est animal. Materialem* suppositionem vox habet, quando sermo est de sono eius, aut literis, aut syllabis: ut cum dico: *Vox Homo est sonus*: vel dictio duarum syllabarum, quatuor literarum *&c.* G.

Notandum insuper hic *formaliter* sæpe idem esse, quod *adæquatè* et *totaliter*, H. Sic syllogismus *formaliter*, id est, *adæquatè* sumptus, requirit tres propositiones. II. *Formaliter* res arte factæ potissimum considerari dicuntur, quando spectantur secundum

cundum formam ſuam, ſic Logicus in libris priorum agit de ſyllogiſmo *formaliter* ſumpto. III. *Formaliter* ſæpè idem eſt, quod *quidditativè*, ſeu tota eſſentia ſic homo dicitur formaliter animal rationale.

A. *Suarez. metaph diſp. 15. ſ. 11. n. 3. ubi hanc formam vocat abſolutè integram rei naturam.* B. *Suar. loc. cit.* C. *Franciſc. Picolom. de rerum defin. voce Forma*, D. *Mend. ad init. Log §. 1.* E. *idem metaph. diſput. 10. ſ. 2. §. 10.* F. *idem in Log. loc. cit.* G. *Fonſ. Inſtit. lib. 8. cap. 20. & 21 Forerus diſp: de ſuppoſ. th. 5. & ſeqq.* H. *Mend. in met. loc. cit.*

F. II.

28. FORMALITER, IDENTICE. Adhibetur potiſſimum in explicatione ſubjecti & prædicati, in ordine ad veritatem & falſitatem propoſitionum indagandam, nam ſæpe in ſenſu & acceptione *formali* propoſitio aliqua falſa eſt, quæ vera eſſet in ſenſu identico.

Porrò *identicus ſenſus* plerúmque reſpicit tam ſubjectum, quam prædicatum, adeoque propoſitionem eſſe veram *identicè*, idē ferè eſt ac tam prædicatum quam ſubjectum *materialiter* ſumpta eſſe idem, & non diſtinguiſ; A. ſeu rem illam, quæ eſt ſubjectum, eſſe eandem rem cum illâ, quæ eſt prædicatum; aut idem, quod in prædicato eſt reperiri etiam in ſubjecto. Sic *rationale eſt ſenſibile*, verum eſt, ſi non ſumatur *formaliter*, ſed *identicè*, ſeu materialiter, & facit hunc ſenſum; *rationale eſt eadem res cum ſenſibili.*

Per reduplicationem facilè innoteſcit ſenſus *formalis* & *identicus*, ſeu materialis, ſecundam illa, quæ

paulo

paulò ante dicta sunt in explicatione 7ª *formaliter*: sic falsum est, rationale quatenus rationale, est sensibile, adeoque causa, cur res, quæ est rationalis, sit sensibilis, non est rationalitas, alioquin anser & anas nihil sentirent; sed verissimum est, res quæ est rationalis, est etiam sensibilis, &c.

Hìc autem benè notat Tannerus ex S. Thoma, cum de subjecto aliquo prædicatur actio, prædicationem intelligi in sensu *formali*, non *identico*, deque actionem verè prædicari non posse, nisi vel de supposito agente, vel de principio formali talis actionis: sic enim rectè dicimus: DEUS *intelligit*, aut *intellectus intelligit*; non autem, voluntas divina intelligit, licet voluntas divina *identicè* idem sit quod DEUS, aut intellectus divinus.

F. III.

29. FORMALITER. OBJECTIVE. Dicitur I. de actibus potentiarum, & earum objectis de quo infra voce *intentionaliter*.

II. De existentia rerum *Formaliter* illud existit, quod revera extra suas causas positum reale esse habet, ut hæc charta: *Objectivè*, quod per modum objecti cogniti. v.g. virens rosa aut cucumis mense Januario. B. si objectum cognitum nunquam possibile sit, tunc existit *objectivè* tantum, ut vulpanser.

III. dicitur de existentia in alio. *Formaliter* inest alteri, quod per suam realem entitatem ibi reperitur. C. *Objectivè*, quod tantum per modum objecti cogniti, & per imaginem suam. D. Sic cognitio rei *formaliter* est in intellectu: res cognita *objectivè* plerúmque, sæpè *objective* tantum, ut quando cognoscuntur entia rationis, propositiones necessariò falsæ

falſæ. v.g. *Homo eſt lapis.* Hinc eſt veritas, certitudo, evidentia *Formalis*, quæ nimirum eſt in intellectu; & *Objectiva*, quæ eſt in rebus, & ad iſtam præſupponitur. E.

F IV.

30. FORMALITER. CAUSALITER. Dicitur I. de formarum quarundam denominationibus. *Formaliter* illud dicitur eſſe tale, quod tales eſt per proprium rei, de qua tunc ſermo, conceptum, vel per formam ſibi conjunctam, ſaltem quoad modum noſtrum concipiendi; quod additur propter perfectiones divinas, quas etiam per modum formarum divinæ Eſſentiæ inexiſtentium, concipimus, licet à parte rei ſint ipſa eſſentia divina, ut Sapientia, Potentia, *Voluntas* DEI, &c. *Cauſaliter* verò, ſeu efficienter tale eſt per formam in cauſa exiſtentem; ſic manus non eſt calida *formaliter*, calore in fornace exiſtente, ſed tantum *cauſaliter*, quia ille calor erat cauſa hujus caloris. F.

II. Dicitur de reſiſtentia; *Formaliter* reſiſtit, quod nihil agendo impedit alterius actionem, & conatum, ſic mœnia *formaliter* reſiſtunt hoſti. G. *Efficienter* reſiſtit, quod agendo aliquid impedit actionem & conatum alterius, ſic milites *efficienter* reſiſtunt hoſti.

III. Apud Thomam de actione dicitur. H. Agere *formaliter* dicitur, quod aliud informat, ſic albedo *formaliter* facit album. *Agere effectivè*, eſt aliud efficere; ſic pictor facit parietem album. *Finaliter* agit, quod movet efficiens ad agendum.

A. *Mend. ad init. Log. §. 1. Ruv. tract. de prædicat. n. 17. concluſ. 1. & 2. Maſius ſect. 6. de rebus univer-*

universis, q:6.ad 6.Lor.in introduct.logicæ ad finem. Tanner. t.1 d.4.q.1.dub.7.num.16.ex S. Thom.1.p.q.32.art.2.ad 2. B. Lor.in procem.Logic. prop. 1. de enterationis. C. Mend.loc.cit. §. 3. Suarez. disp. metaph.15.s. 10.n.51. D. Smigl. dis.1.q.4. § .porro hæc actio, &c. pulchrè hoc explicat, & hanc vocat præsentiam realem, qua objectum repræsentatur, & est ipsa rei cognitio, &c. E. Mend. log.disp.11.sect.1. & 2.F.Mend. loc. cit. §. 3. G. Mur. de gener.disp.4.q.5. ubi formalem resistentiam vocat eam, quæ est per informationem præcisè. H. S. Thom. 1. p. q. 48.art.3.ad.4.

F. V.

31. FORMALITER. VIRTUALITER. Dicitur I. de modo existendi. *Formaliter*, ut jam dictum est, alicubi est, quod per entitatem suam ibi est. *Virtualiter* verò, quod per entitatem, & virtutem à se productam censetur alicubi esse, sic sol *virtualiter* est etiam in terra, nimirum per lumen suum, &c. Vel *virtualiter* adesse censetur, aut remotè, quando proprietates & virtutes ipsi debitæ, & ab ipsa emanantes, remanent: sic formæ elementorum *virtualiter* sunt in mixtis.

II. Locum habet in causis, idque dupliciter, primòres quædam dicitur *formaliter* causa, seu *secundum se*, quæ vere causa est, differens realiter à suo effectu; alia dicitur causa *virtualis*, seu *secundum nos*, inter quam & effectum, qui ei tribuitur, nulla est realis distinctio, ita tamen à nobis concipitur, ac si causa ejus esset, sic immutabilitas D. DEO est causa æternitatis.

Secundo

Secundo causa aliqua affectum *formaliter* continet, et *formaliter* est talis, qualis est effectus, vel quando ejusdem speciei cum suo effectu est adeóq; ut plurimum causa univoca, ut ignis respectu ignis: vel quando in concreto à suo effectu dominari potest, ut ignis à calore potest dici calidus adeóque *formaliter* continet calorem. *Virtualiter* aliquid tale est quando effectus non ejusdem speciei est cum sua causa, nec illa ab effectu *formaliter* denominari potest; et tamen talis in causa virtus est, quæ possit effectum producere. B. Sic Sol *formaliter* non est calidus, sed *virtualiter*, sic ignis *formaliter* non continetur in calore, sed *virtualiter*. Aliam explicationem vide in axiomatibus. littera Q. numero 6.

III. Habet etiam locum in distinctione plurium inter se: *Formaliter* diversa & distincta sunt, quæ vel diversas formas & essentias habent, ut lignum, & lapis, &c. Vel diversum formalem conceptum, & significatum: v.g. rationale, et homo. *Virtualiter* differunt, quæ licet reipsa unum sint, ob suam tamen perfectionem æquipollent perfectionibus à parte rei in creatura distinctis. v. g. Essentia, Potentia Voluntas divina, &c. Et hæc dicuntur etiam *eminenter* differe. C.

F. VI.

32. FORMALITER, EMINENTER. Dicitur etiam de modo quo unum continetur in alio. *Formaliter* unum in alio continetur modo jam explicato F. III. Quod *eminenter* continet aliud apud Lessium. D. Duo requirit, I. Ut continens sit præstantioris naturæ, quam contentum: II. Ut id, quod minus præstans est, aliquo modo in illo præstan-

præstantiori reperiatur, uno nempe ex his IV.

Vel I. tanquam in causa ejus productiva. E.

Vel II. Debet in altero contineri per aliquam sui similitudinem; sic res inferiores *eminenter* continentur in intellectu.

Vel III. Secundum vim agendi, et existendi se ad objectum, ut nimirum una causa possit facere quicquid alia potest, et plura adhuc: sic sensus externi continentur in interno, et hic in intellectu; sic anima sensitiva continetur in rationali.

Vel IV. Secundum rationem boni, et appetibilis, sic media sunt in fine, quicquid enim bonitatis in medio est, illud plerúmque perfectiori modo est in fine.

A. *Conim. in lib. post. cap. 2. q. 1. art. 2. Suar. d. met. 15. s. 10. num 51.* B. *Mend. loc. cit.* §. *3. Lor. introduct. dist. 6.* C. *Tanner. to. 1. d. 2. q. 3. dub. 3. num. 3. & q. 12. dub. 1. n. 2.* D. *Less. de perfect. divin. lib. 1. c. 4. & colligitur ex S. Thom. 1. p. q. 4. art. 2. in corpore.* E. *Albertin. Tom. 1. principio. 6. philo. punct. 6. numb. 2. cujus modus explicandi non nihil est diversus ab hoc, sed in re non discrepat.*

F. VII.

33 FORMALITER. DISPOSITIVE. *Dispositive* hic passive capitur, et illud tale *dispositive* esse dicitur, quod ad formam aliquam dispositionē accipit, sic rusticellus ille à genitore suo ad Scholarcham adductus, ut intra horam, dum ille suum lignum venderet, Doctor fieret, 1. 2. 3. quadrante nondum *formaliter*, sed *dispositive* Doctor erat.

F. VIII.

34. FORMALITER. CONCOMITANTER. I. Quando duo plerúmque conjuncta esse solent, tunc mutuam inter se denominationem participant; sic casus unius est fortuna alterius, *concomitanter* nimirum, sic generatio unius est corruptio alterius.

II. *Concomitanter* aliquid fit vel cognoscitur tunc, quando aliud quippiam factum aut cognitum est, non quod actio, aut cognitio in rem hanc directè feratur, quia tamen materialiter, & reipsa solet aut petit esse conjuncta, etiam tunc simul fit vel cognoscitur: sic ex vi verborum, hoc est corpus meum, &c. etiam anima, sanguis, *&c.* sit præsens: sic vi cognitionis verbi divini concomitanter etiam Creaturæ cognoscuntur. A.

F. IX.

35. FORMALITER, FUNDAMENTALITER. RADICALITER. ENTITATIVE. De his dicetur infra litera R. Nam formaliter ut opponitur Radicaliter, seu fundamentaliter, idem fere est quod Proximè. B.

F. X.

36. FOMALITER. TRANSCENDENTALITER. De hoc satis supra, litera. B.

APPLICATIO. I. *Differentia inferior includit superiorem. non* formaliter, *sed* materialiter, *&* identicè.

II. *Cogni-*

II. *Cognitio præmiſſarum, eſt etiam cognitio concluſionis*, *non* formaliter, *ſed* diſpoſitivè, *vel* concomitanter.

III. *Sol eminenter in ſe continet effectus corporeos, non viventes*, *viventes verò* virtualiter, *& præter quædam accidentia*, *nullos* formaliter.

IV. *Arte facta habent in ſe principium motûs & quietis*, *ſi ſumantur* materialiter, *non verò ſi* formaliter *ſpectentur*; *hinc lectica defoſſa ſi vireſceret*, *non lecticam Ariſtotelis*, *ſed arborem germinaret*. C.

V. *Aurum formaliter per artem & reipſa poſſe fieri*, *& factum ſubinde fuiſſe probabilius eſt*. D.

A. *Mnr.* 1. *de gener. d.* 1. *q.* 3. *ubi hoc explicat de ſenſu cauſali*. *Taun. t.* 1. *d.* 2. *q.* 4. *dub.* 7. *n.* 2. B. *Smigl. in log. diſp.* 1. *q.* 5. *concl.* 1. C. *Ariſtoteles.* 2. *phyſ. t.* 12. D. *Lælius Biſciola horarum ſucciſ. libr.* 18. *c.* 1. *lit.* E. *ubi probat etiam per vellus aureum intelligi libros qui continebant artem faciendi aurum Mart. Delrio. diſp. Mag. c.* 5. *ſ.* 3. *& 4.*

G

37. GENERICE. SPECIFICE. Dicitur potiſſimum de Diſtinctione quorundam inter ſe. *Generice differunt*, quæ toto genere ſunt diverſa, & quæ non conveniunt in aliquo prædicato Univoco, ut *Quantitas*, *Qualitas*, de quo ſupra voce *Eſſentialiter*; &c. hinc dicuntur decem eſſe ſumma Genera, quæ etiam Prædicamenta vocantur. A. hinc ſubalterna Genera v. g. *Corpus & animal* propriè non differunt *Genericè*.

Specifice differunt, quæ ſub aliquo Genere univoco conveniunt; ut *homo leo*, *lapis*, &c. quamvis hæc diverſitas quandam quaſi intentionem recipere poſſit,

possit, nam homo magis differt à lapide, quam à leone, & secundum plures gradus seu prædicata; hinc facile patet quæ Genere aut specie conveniant. B.

APPLICATIO. I. *homo & lapis minus differt (quia differunt tantum* specie *) quam linea & albedo (quia differunt* Genere. *)*

II. *Rana producta per generationem, & ex putri materia nata, non differunt* specie, *sed tantum accidentaliter.*

A. *Fons. Instit. l. 2 c. 8. & 9. cum communi Logicorum. B. Mancia de univers. d. l. q. 5. not. 3.*

H

38. HABITUALITER. ACTUALITER. *Habitualiter* sæpe involvit actum primum, & actualiter absolutè actum secundum, uti ex voce *actu primo, &c.* colligi potest.

II. *Habitualiter*, talis sæpe quis dicitur, qui excellenter talis est, & per multos actus Jam *habitum* & consuetudinem contraxit ac facilitatem in operando. A. alias explicationes de *habitus* passim Logici habent.

APPLICATIO. Non omnis actus logicus supponit habitum, sed ille tantum, qui cum facilitate (artificiosè tamen) fit.

H. II.

93. HIC, et NUNC. ABSOLUTE. *Hic & nunc* res spectatur, quando spectatur secundum certas circumstantias Loci, temporis et alias tunc occurrentes: *Absolutè* vero, quando abstrahit ab his. B.

APPLICATIO. I. *Cognitio entis rationis* hic et nunc *sæpe plus prodest, quam cognitio entis realis.*

II. *De corpore naturali* hic et nunc *spectato non datur propriè dicta scientia, nam sic est singulare.*

A. *Arist.*

A. *Arist. 2. Eth. c. 5. & fusè auctores cum Tannero com. 2. d. 3. q. 1.* B. *Vide lit. V. n. 3. Suar. disp. Metaph. 23. s. 7. n. 11.*

I

40. IDENTITAS PHYSICA, LOGICA. Prior vocatur etiam REALIS, *& involvit duo.* A. Primo *Fundamentaliter* dicit *negationem divisionis à se, seu ab eo, cum quo idem esse dicitur.* Secundo, *Formaliter* relationem, qua, secum, vel cum alio quis comparatus dicitur *Idem, Identitate* simpici vel secundum quid, de qua in Log.

Identitas Logica vocatur etiam *Rationis*, & supponit suo modo physicam. B. & requirit ut dicere possim: *Hæc res est illa res*, vel *habens hanc rem est habens illam rem.* v.g. album est dulce, id est, *res quæ est alba, est eadem res quæ est dulcis, &c.* Itaque prædicatum debet contineri in subjecto; C. idque uno ex tribus his modis. Primo, ut in prædicato contineatur totum explicitè quod in subjecto erat, vel contrà etiam, v.g. *homo est animal rationale.* Vel secundo, prædicatum, ratione materialis significati saltem, contineat totum subjectum, vel contra. v. g. *homo est albus*: ubi materiale significatum, *res alba*, nihil est distinctum hî: *ab homine.* Tertio, ut vel tanquam totum potentiale subjectum contineat, v. g. *homo animal.*

Hoc etiam aliqui notant: *Unitatem* opponi *Divisioni*: *Identitatem Distinctioni*: *Simplicitatem Compositioni*: sic res *una* est, quæ non est divisa in alias: *Eadem*, quæ non est distincta ab aliis (sive sit divisa, sive non, nam sæpè quæ non sunt divisa sunt tamen distincta, ut patet in partibus Continui) *simplex*

plex, quæ non est ex pluribus composita.

APPLICATIO. I. *Genus & species semper idem sunt*, identitate Logica, *sed non* Physica.

II. *Pars Physica non prædicatur de suo toto nomine absoluto, non enim dico, Homo est animal, vel est corpus; & hoc non tam ex defectu identitatis* physicæ *quam* logicæ.

A. *Suar. disp 7. metaph. s. 3 ubi ait in hoc differre ab unitate Identitatem, quod unitas praecisè dicat negationem in se, & non à se, & non involvat ut sic aliquam relationem.* B. *Colligitur ex Masio in log. de rebus universis. s. 4. q. 4. &. 6. C. Ruv. tract. de prædicat. n. 9. arg 3. & n. 17. concluſ. 2. & n. 24. Smigl. disp. Log. 3. q. 9 & 10. D. Ruv. loc. cit n. 2. & 3. Masius sect. 14. de rebus univ. qu. 5. ait prædicatum debet continere confusè id, quod est in subjecto.* E *Castan. voce* Unitas.

I. II

41. INTENTIONALITER. PRIMO. SECUNDO. *Primo intentionaliter* res sumitur prout in se est à parte rei, & non vestita quasi aut affecta intentione aliqua, aut cognitione & cogitatione intellectus nostri: ideoque tunc convenit rei aliquid *primo intentionaliter*, quando non convenit propter actum aliquem & cognitionem intellectus, circa illam exercitam: sic quando dico, *Lapis est durus*, *tò lapis* sumitur *primo intentionaliter*; causa enim cur illi hoc prædicatum tribui possit, non est illa, quòd lapis aliquo actu intellectus sit cognitus antè, sed per se & propter suam entitatem illi convenit: Et hæc, nempe res cognita, ut in exemplo posito, *lapis* est *prima Intentio Objectiva*; ipsa cognitio est *prima intentio formalis*. A.

Secundo intentionaliter sumitur, quando simul cum

cum cognitione accipitur & tota ratio quare prædicatum, quod illi subjecto cognito tunc tribuitur, conveniat subjecto, est, quia circa subjectum illud præcessit aliqua intellectus actio: v.g. dico *Homo est species*, τὸ *Homo* accipitur *secundo intentionaliter*: causa enim ob quam hoc prædicatum possim dare Homini; est, quia homo est cognitus ante cognitione abstractiva, per modum unius naturæ extra particularia existentis: & res vestita sic præcedente cognitione est *secunda intentio Objectiva*; cognitio quæ in illam ut sic fertur, est *secunda intentio Formalis*.

APPLICATIO. I. *Homo est species, non* primò sed secundò *intentionaliter sumptus.*

II. *Finis sive existens sive non existens causat non secundùm esse* intentionale *sed secundum esse reale.*

A. *Pluribus & clare Paulus Vallius* 1. *part. prolog. qu.* 1. *ubi etiam latius distinctionem illam in Intentionem Formalem & Objectivam explicat. Murcia ad universal. d.* 2. *q.* 1. *& q.* 3. *explicat, quomodo secunda intentiones prædicentur. Ravius tract. de natura Entis rationis nu.* 11.

I. III.

24. INTRINSECÈ. EXTRINSECÈ. *Intrinsecè* I. idem est quod *Essentialiter* seu secundum suam entitatem. Sic homo *intrinsecè* est Rationalis, sic lumen gloriæ est qualitas *intrinsecè* supernaturalis, & sic sæpe res intrinsecè talis esse dicitur, quando quoad substantiam seu intrinsecum & essentialem conceptum est talis. A.

II. *Intrinsecè* convenit alicui, quod per unionem physicam illi conjunctum est; seu quod in aliquo reperitur. Sic Æthiops *intrinsecè* est niger. B.

III. *Intrinsecè* est secundum partes interiores,

hoc modo Æthiops intrinsecè non est niger.

IV. *Intrinsecè*, seu *Denominatione intrinseca* aliquid denominatur à forma, illi per veram physicam unionem inexistente, secundum triplicem explicationem jam allatam. Vel etiam *intrinsece* tale esse dicitur aliquid ab illa re, quæ *intrinsece* afficere concipitur, licet in se sit tantum privatio, &c. sic homo ebrius, injustus, *intrinsece* dicuntur tales.

V. *Intrinsecè* aliquid afficere dicitur, quod aliud *intrinsece* terminat, ut modi sua modificata. C.

VI. *Intrinsecè* concurrere dicitur, quod in rei conceptu, saltem tanquam terminus, involvitur, sic se habet terminus ad relationem.

VII. *Intrinseca* quædam dicuntur *definitivè* tantum, ut punctum lineæ, & subjectum suæ propriæ passioni, quia non est de essentia ejus, sed solùm ingreditur definitionem ejus. 2. *Intrinseca* quædam dicuntur *realiter* & *essentialiter* tantùm ut partes quantitatis, & integrales principales hominis; licet enim non ponantur in definitione, sunt tamen de essentia hominis, ut caput, cor, hepar, &c. 3. *Intrinseca* quædam dicuntur *Essentialiter* & *Definitivè* simul, ut genus & differentia respectu speciei, & materia ac forma respectu compositi physici. D.

VIII. Applicatur etiam ad *suppositionem materialem*, ubi alia dicitur *Intrinseca*, alia *Extrinseca*: explicationem vide in Viridario Foreri. E.

Extrinsece tot fere modis oppositis dici potest. I. *Extrinsecum* est, quod non essentiale, ut *Homo est visibilis*.

II. Quod non physicè unitur: ut viso muro viso *extrinseca* est. & sic aliquid tantùm *extrinsece* denominatur, à forma aliqua, quæ non existit in illa re, sed vel adjacet rei, vel alio quocunque modo est extra

tra rem, sic columna dicitur dextra, visa, cognita, &c. *Extrinsecè* à manu, visione, cognitione, extra illam positam, &c.

III. Quod non pervadit entitatem rei, cui adhæret, sic punctum *extrinsecum* est parti, quam copulat.

IV. Quod tantum extrinsecè denominat, modo jam dicto hic num. 2. Vel quod nullo modo inexistere concipitur, ut justitia imputativa Lutheranorum. Et ex his quædam acceptiones possunt diverso respectu esse *Intrinsecæ*, ut patet.

Reliqua membra opposita facile hinc intelliguntur.

APPLICATIO I. *Obiectum Logicæ includitur in ipsa scientia Logicâ, non* Intrinsecè, *sed* Extrinsecè, *ad quod nimirum terminatur Logica.*

II. *Principia entis naturalis* intrinseca *in facto esse sunt duo, materia & forma*, extrinseca *itidem duo, efficiens seu conservans, & finis.*

III. *Privatio est principium transmutationis*, intrinsecum & extrinsecum, *prout variè consideratur.*

A. *Suarez. in metaph. disp. 16 sect. 1. num 9. Mend. metaph. disp. 13 sec. 3. §. 19 d. 7. sect. 3. §. 33. Philipp. de Trieu. tit. 1. p. 1. 6. 1. art. 6. et c. 2. art. 3. Gillius l. 2. tract. 1. cap. 8. Tanner. tom. d. 2. quæst. 6. dub. 3. num. 5. et disp. 5. q. 1. dub. 3. num. 19. ubi declarat Angelos esse destructibiles non per intrinsecam potentiam, sed tantum per extrinsecam.* B. *Suarez. loc. citat. num. 14.* C. *Suarez. loc. citat. sect. 2. num. 2.* D. *Aristot. 8. phys. text. 59, et 4 phys. text. 8. et 45. S. Thom. 1. part. qu. 110. art. 3. in C, et 3. p. qu 76. art. 5. ad 3. Ægidius Coning. 3. part. quæst. 75. art. 4. num. 83. Favellus 1. physic. quæst. 2. Scotus.*

S. Bonaventura, Gabriel, &c. E. Castanæus in destinct. voce intrinsecum. Forerus de suppos. lib. 7.

E

43. LOGICE. PHYSICE. MORALITER, intellegitur. I. de *Necessitate*. *Logica necessitat*, est necessitas consequentiæ, qua ht, ut antecedente concesso in bona forma, consequentiam negare non possis, etiam in materia probabili **A**. *Physica* necessitas explicata est lit. A.

II. *Logicè* fieri, aut destrui, aut tribui dicitur, quod fit aut destruitur mediante aliquo actu intellectus, aut conceptibiliter tantum B. *Physicè* verò, quod reipsa fiat aut destruitur: *sic qui negat proprietatem, destruit etiam ipsam essentiam, non physice* (quis enim unquam Logicorum suum socium occidit, quando ipsi dixit, *Tu non es risibilis?*) sed *Logicè* hoc est, si talis res non habet hanc proprietatem, ergo nec habet hanc essentiam, adeóque non est hæc res. Et sic si tu non es risibilis, ergo nec admirativus, ergo nec discursivus & rationalis, ergo nec homo, &c..

III. *Potentia Physica* dicitur vera realis potentia, ordinata ad verum realem & positivum effectum: *Logica potentia* non ordinatur ad talem effectum, sed est quædam non repugnantia, sic res creatæ ad sui destructionem habent *potentiam logicam*, non *physicam*. C.

IV. *Logicè* contingit, quod potest operari, vel non operari sine aliqua sui imperfectione, sic DEUS contingenter creavit mundum. *Physicè* contingit, quod potest non esse, seu quod non est necessario, hic omnes creaturæ contingenter sunt. *Moraliter* contingit, quando effectus est præter intentionem agentis. D.

V. *Lo-*

V. *Logicus deſcenſus* eſt, quando ſignificata in voce aliqua communi incluſa explicantur v.g. in hac propoſitione: *Omnis peccator punietur*, ſub voce *peccator*, ita deſcendo, *& hic peccator punietur, & iſte peccator punietur, &c. Phyſicus deſcenſus* eſt, quando res phyſico motu deorſum fertur. E.

APPLICATIO. I. *Univerſale eſt natum in eſſe pluribus, non* phyſica *potentia ſed* logica, *non enim datur unum* phyſicè *exiſtens quod in plura particularia diſpeſcatur.*

II. *Materia prima prout ſubjacet potentiæ* DEI *extraordinariæ, habet potentiam ad plures ſimul formas, ſed* logicam *tantum, ſeu non repugnantiam.*

III. *Negatis omnibus formis ſubſtantialibus etiam tollitur* logicè *Materia prima, nam ſine iſtis fruſtra eſſet.*

A. *Fonſ lib. 6. Inſtit. cap. 8. B. Idem lib. 8. c. 29. hoc ſenſu quadruplicem deſcenſum explicat Paulus Vallius in log. de Accidente. q. 17. cap 7. & 13. Mend. Metaph d. 4. ſect. 3. §. 48. Idem diſp. log. 10. ſ. 5. §. 19. C. Tann. Tom. 1. d. 5. dub. 3. q. 1. num. 21. & ſeqq. D. Caſtanæus in diſtinct. voce* Contingens. E. *Fonſ. l. 8. Inſt. c. 19. & ſummuliſtæ paſſim: vide ſupra vocem* Collectivè *&* confuſè.

M.

44. MEDIATE. IMMEDIATE. I. *Immediatè* ad aliud ſe habet, cum in illo genere nihil medii intercedit, ſive jam ſermo ſit de tempore, ſive de continente & contento, locante & locato, ſive de aliis, quæ paſſim obvia. *Mediatè* oppoſito modo ſe habet.

II. *Mediata seu remota causa* est, quæ proximè non influit in effectum, sed per virtutem seu causam à se positam, *sic avus nepotem, gallus pullum producit*, Vel causare etiam res *mediate* dicitur, recipiendo aut sustinendo potentiam vel virtutem, quæ proximè effectum producit, sic multi dicunt animam mediatè tantùm concurrere ad actiones potentiarum; intellectum mediatè tantùm & remotè producere visionem beatificam. *Immediata causa* est, quæ proximè influit, adeoque effectui conjuncta est. A. Si loquamur de *immediatione suppositi; immediatione virtutis* concurrit, quod influit per virtutem proximè à se decisam, *sic gallus immediate producit pullum.*

III. Logici etiam accommodant prædicationibus, quarum aliquas faciunt *mediatas*, alias *immediatas*. B.

APPLICATIO I. *Genus, cum* immediatè *tantum prædicetur de individuis, non est species.*

II. *Locus* immediatus *est æqualis locato, non item* mediatus.

III. *Causa etiam non existens vel mota physice producit effectum, sed* mediatè *tantum, per accidentia nimirum tanquam sua instrumenta.*

A. *Tol. 2. phys. c. 3. q. 7. dist. 3. Suar. disp. 18. metaph. s. 2. & passim proximam causam cum immediata confundit. Tanner. tom. 1. d. 2. q. 6. dub. 4. n. 4.*
B. *Mend. log. disp. 4. s. 5.*

M. II.

45. MORALITER. PHYSICE. MATHEMATICE. I. *Moraliter* certum est, quod communiter ita evenire solet, sic *moraliter certum est pessimè viventem male moriturum. Physice* aut *mathematice* certum est, quod est evidens, ut *semel unum est unum.* II. *Mo-*

II. *Moraliter* necessarium est, sine quo res difficilimè obtineri potest, sic *ægro iter facturo necessarius est Equus.* A. *Physice* necessarium est, quod simpliciter est necessarium, ut *ambulaturo pedes.*

III. *Moraliter* facere dicitur, qui, vel liberè aliquid operatur, vel cujus suasu, imperio, occasione, &c. aliquid fit sine ejus influxu physico: *Physice* verò fit, quod vere à tali causa efficitur; sic ignis lignum comburit. B. *Mathematice* etiam spectari res dicitur quando minutissima quæque exactè attenduntur.

APPLICATIO. I. *Qui non est optimus logicus*, moraliter *certus esse potest, quod non sit futurus optimus Philosophus:*

II. *Causas creatas verè aliquid afficere, plus quam* moraliter, *adeoquo* Physicè *certum est.*

III. *Nullum agens agit in distans, proximum nimirum &* physicum, *secus est* de morali.

A. *Gillius lib. 1. tract. 3. c 4. n. 4.* B. *Suar. disp. metaph. 17. sect. 2. n. 6.* Idem *ibidem causam moralem ferè cum causa per accidens confundit Murc. 7. phys. d. 2. q. 2. physice & reali causæ opponit causam metaphoricam, & talem esse finem affirmat. Vide etiam quæ supra lit. A. num. 3. dicta sunt.*

N

46. NATURALITER. ARTIFICIOSE. *Naturaliter* fit vel acquiritur, quod non requirit industriam humanam. A. sic *Arbor naturaliter tempore verno viret. Artificiose fit*, quod requirit aliquam industriam humani ingenii, sic *panis, vinum, &c. conficiuntur:* licet alio sensu etiam *naturaliter* hoc fiat quatenus non fit *supernaturaliter.*

N. 11.

N. II.

47. NATURALITER. LIBERE. Dicitur de causis, & maxime in Homine illud *naturaliter* fit, quod fit *necessariò* B. sic *semota sol a naturaliter homo calit in terram.* Liberè fit, quod subjacet imperio voluntatis. C. sic *homo liberè cœlo se privat.*

A. *Aristot. 2. phys. t. 2. c. 12. distinguens per hoc naturale ab arte factis. Conimbr. ibid. Mend. disp. phys. 7. s. 1. §. 1.* B. *Suarez disp. 16. s. 1. n. 12. & sic dicuntur agere omnia, quæ operantur absque usu rationis dirigente, &c.* C. *Suar. loc. cit. sect. 2. n. 13. Philip. Moncæus. disp. Theol. 6. c. 3. ubi pluribus hanc indifferentiam libertatis declarat.*

N. III.

48. NATURALITER. SUPERNATURALITER. *Naturaliter* fit I. quod fit secundum generalem & communem rerum cursum, ubi includuntur etiam agentia spiritualia, & causa prima, & nimirum effectus naturaliter productus dicatur, qui fit ab iis ordinario concursu concurrentibus, sic *cœlum naturaliter movetur, licet causa prima, et Angelus concurrat.*

II. *Naturaliter* fit, quod non excedit agentium naturalium vires, potissimum sublunarium, sic *per pontem naturaliter flumen transis.*

III. *Naturale*, seu potius *Connaturale* dicitur illud quando subjectum vel agens ex suis principiis & constitutione naturali aliquid petit, seu quod est debitum naturæ creatæ, supposito rerum cursu, quem servare de facto DEUS statuit: sic Angelus naturaliter se intelligit, sic cognitio rerum creatarum est homini connaturalis. A. *Supernaturaliter* I. fit, quod fit extraordinario causæ primæ concursu.

B. ut

B. ut est *illuminatio cæci.* v. g.

II. Quod fit à causis creatis spiritualibus, præsertim à malo dæmone, qui prorsus nihil negotii ordinarii circa res naturales habet, sic sagæ per aërem equitant: & hujusmodi effectus vocantur Magici. C. & melius *præternaturales*, quam *supernaturales* dicerentur: quod autem fit à bonis Angelis *modo extraordinario* illud etiam dicitur fieri *supernaturaliter*, sic *Abacuc per Angelum in Babyloniam translatus fuit.* Et sic *supernaturaliter* appellat potius ipsum agens, abstrahendo an passo talis affectus sit naturalis, an non.

III. *Supernaturale* illud est, quando id, quod inesse vel convenire dicitur, excedit ejus naturalem capacitatem, & illud perficit supra id quam ex naturali ex constitutione peteret: sic cognitio clara Dei est homini *supernaturalis.*

N. IV.

49. Naturaliter. Præternaturaliter. Appellat subjectum, cui aliquid naturaliter convenit, quod est secundum illius inclinationem, & bonum particulare. *Præternaturaliter*, quod non est secundum inclinationem ejus, non tamen adeò repugnat, ut *motus lapidi ex alto dejecto.* D. Talis motus videtur motus lationis & gyrationis. E.

N. V.

50. Naturaliter. Violenter. Appellat itidem subjectum. I. *Naturaliter* movetur aliquid, quod movetur à principio intrinseco ad naturalem propensionem, sic *lapis descendit.* *Violenter* autem à principio extrinseco contra naturalem inclinationem. F. sic *lapis descendit. Violenter* autem à principio extrinseco contra naturalem inclinationem,

nem F. sic *lapis violenter ascendit, &c.* Quod vim infert, vocatur *violentum activum*, *seu violentans*, sic *Cicero Antonium violentum vocavit.* cum quo vero agitur violenter, &c. id vocatur Invitum, *& vim patiens.*

II. *Naturale* est, quod est secundum propriæ naturæ: ut talis est, exigentiam, sic perpetuitas est Angelis, cœlo, &c. naturalis. *Violentum* est modo jam dicto, quod est contra ejus inclinationem naturalem, ut est retentio lapidis in alto. G.

APPLICATIO I. *Evidentiam syllogismi in* Barbara *quivis* Naturaliter *facile deprehendit: in aliis vero* artificiosè, *seu per certas artis logicæ regulas.*

II. Naturaliter *materia non potest esse sine omni forma potest autem* supernaturaliter.

III. *Homo qua corpus grave est*, naturaliter *descendit ad centrum, ibique quiescit; qua corpus mixtum*, violenter *ibi quiescit.*

A. *Mend. disp. phys 7. §. 2. Castanæus voce naturale. Tann. t. 1. d. 2 q. 6. dub. 3. n. 4 & dub. 4. n. 5.*
B. *idem loc. cit & nos infra litera.* P. C. *Delvius disquis. mag. lib. 1. per aliquot qq.* D. *Murcia 8. phys. disp. ult. quæst 7. Aristot. problem s. 1.* E. *Muro 2. phys disp. 1 q 3.* F. *Mendoza disp. phys 7. s. 2. §. 14. Murc. 2. phys loc. cit.* G. *Tann. t. 1. d. 5. q. 1. dub. 3 n. 24.*

N. VI.

51. NECESSITATE CONSEQUENTIS. & CONSEQUENTIÆ. *Consequentiæ necessitas* oritur ex vi formæ syllogisticæ, adeò ut concesso antecedente consequentia negari non possit, licet ipsa in se sit tantum probabilis propositio, ut si concedas has propositiones, *Omnis mater diligit filium. Catharina est mater:* necessario consequentiam

tiam hanc concedes; *ergo Catharina diligit filium*: & sic hæc proxima propositio necessaria est *necessitate consequentiæ*.

Necessitate consequentis est, quando inter ipsum prædicatum & subjectum propositionis, quæ in conclusione ponitur necessaria est connexio, ita ut ejus contradictoria simpliciter sit impossibilis: cujusm. est hæc; Homo est animal, &c. A.

APPLICATIO I. *Ad Demonstrationem requiritur non solum* consequentiæ *necessitas*, *sed etiam* consequentis.

II. *Suppositio partes omnes in quantitate actu existere, tunc non tam* consequentis *quàm* consequentiæ *necessitate sequitur infinitum categoreumaticum etiam de facto dari*; *saltem negari vix poterit, quod non sit possibile.*

A. *Vide Fonsecam Instit. lib. 6. cap. 2. Smigl. disp. 13. qu. 5. Lorinum in libr. priorum Analyt. disp. de syllogism. in communi quæst. 2. Zanardum de syllog. formale lect. 1. ad 3. Mend. disp. log. 10 §. 44.*

O

52. ORDINE INTENTIONIS. EXECUTIONIS. Dicitur de prioritate. *Ordine intentionis primum est*, quod prius nos intendimus & desideramus: & hæc vocatur etiam *Prioritas à consilio*: & sic etiam perfecta sunt priora imperfectioribus, *Executione ordine primum est*, quòd primò assumitur ad id, quod intendimus, obtinendum. A. Dicitur etiam hæc prioritas *Generationis*, sic imperfecta etiam priora sunt perfectioribus, natura enim (& ars imitans naturam) ab imperfectioribus

bus & rudioribus ad perfectoria progreditur.

APPLICATIO. I. *Conclusio syllogismi*, Intentione *prior est*; Executione *verò præmissæ præcedunt.*

II. *Causa finalis prius intenditur, quam media; sed hæc prius executioni datur.*

III. *In productione compositi substantialis primo quidam et principaliter intenditur à generante totum compositum, tanquam ultimatus et principalis ac adæquatus effectus: quia tamen ut recipiatur forma substantialis à materia, proportionata prius accidentium dispositio requiritur, hæc in* executione *prius ponuntur, licet imperfectiora sint substantiâ ipsâ.*

A. *Eustachius 1. part. phys tractat. 2. de causis disp. 2. q. 8. phys. cap. 3. p. 7. fund. 5. Suarez. d. 17. metaph. sect. 1. num 3. Castan. voce* ordo. *Tanner. tom. 1. d. 3 quæst. 5. dub. 5. et passim in materia de prædestinatione.*

P

53. PER SE. PER ACCIDENS. I. *Per se* convenit, quod non convenit ex accidentario aliquo eventu, A. sed ex intrinsecis principiis. Ubi comprehenduntur tres priores modi dicendi. *per se*, B. *Per accidens* convenit, quod non uno ex illis tribus modis convenit, v.g. *esse album*, &c.

II. *Per se* idem est, ac propter se directè & ex professo. *Per accidens*, quod propter aliud, vel indirectè: sic Logica *per se* agit de operationibus intellectus *per accidens* de vocibus. C.

III. *Per se* idem est ac per suam entitatem. *per accidens* ac per alterius entitatem. D. sic *Sol per se, Luna per accidens illuminat.*

IV. *Per se natura est*, quod notum est statim ex appre-

apprehensis terminis, *ut totum est majus sua parte*, & siquidem prædicatum reipsa non habet medium, per quod conveniat & probetur inesse subjecto, erit propositio per se nota *secundum se*: si verò simul etiam non indigeat medio ex parte nostra, ut à nobis subjecto illi prædicatum inesse cognoscatur, tum erit propositio *per se* nota etiam *nobis*, seu *quoad nos*. E. *per aliud notum est*, quod ex alio tanquam ex medio educitur, aut cognoscitur. F.

V. *Per se loquendo*, est absolutè seu universim loquendo. G.

VI. *Per se tale est*, quod primò illud suscipit, & mediante illo cætera, sic *superficies per se est alba*. H.

VII. *Per se ens est*, quod separatim absque adminiculo alterius existit, seu quod non est in subjecto Inhæsionis: quod non est hoc modo *per se* est *Accidens*.

VIII. *Per se esse, seu existere* dicitur, quod necessariò & independenter existit, huiusmodi est solus. D. Deus: *Per accidens esse* dicitur, quod contingenter existit, sic omnes creaturæ per accidens existunt.

IX. *Compositum per se est*, quod non componitur ex rebus diversorum prædicamentorum, vel non ex duobus entibus actu completis. I. *Compositum per accidens est*, quod involvit res diversorum prædicamentorum, ut album, dulce, &c. K.

X. *Per se necessarium*, est absolutè necessarium, de quo supra.

XI. *Per se causat*, quod ex propria intentione hoc facit, &c. L.

Applicatio. I. *Tractare de universalibus* per se *quidem spectat ad Metaphysicam, sed* per accidens *etiam ad Logicam*.

II. *Phy-*

II. *Physicus* per se *agit de subſtantiis corporeis*, per accidens *de cauſa prima.*

III. *Forma ſubſtantialis omnis excepta anima rationali, eſt quinta et extenſa* per accidens, *nimirum per ſubjectum ſuum, &c. ſola enim quantitas* per se *eſt extenſa.*

A. *Mend. ad init. log.* §. 5. B. *Ariſt.* 1. *poſter. c.* 4 *&* 5. *metaph cap.* 18 *Conimbr. ibidem. quæſt.* 1. *a.* 2. 3. S. *Thom. lib.* 10. *ibidem Smigl. diſp.* 14 *quæſt.* 10. C. *Maſius. q.* 5. *de genere, ſect.* 2. *Mur. in prolog. logicus diſt. unica, quæſt.* 2. *Tanner. tom.* 1. *diſp. quæſt.* 1. *dub.* 3. *num.* 12. D. *Tolet.* 2. *phyſ cap.* 3 *quæſt.* 7. *Suarez. diſp.* 10. *Met. ſect.* 2. E. *Ariſt. lib.* 5. *Metaph. Vaſq. quæſt. metaph. diſp.* 13. *cap.* 2. *de hoc plura Tann. tom.* 1. *d.* 2. *q.* 1. *dub.* 2. *num* 8. *Suarez. diſp. Metaph.* 29. *ſect.* 3. *n.* 32. 33. F. *Conimb.* 1. *poſter. cap.* 3. *q.* 2. *art.* 2 *Mend. log. diſp.* 11 *ſect.* 4. G. *Suar. diſp. metaph.* 16. *ſect.* 1. *n.* 16. H. *Ariſt.* 5. *metaph. cap.* 18. S. *Thom.* 5. *metaph. ſect.* 8. *apud Bergomenſem.* I. *Suar. d.* 16. *num.* 12. *&* 13. *Smigl. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *Maſius init. Phyſ. ſect.* 2. *quæſt.* 6. *ad* 3. S. *Tho. opuſ. cap.* 30. *Vallius in ante prædic. q.* 1. *c.* 5. §. *neque obſtat. Vaſq. diſp. metaph.* 7. *cap* 2. *Ruv. de prædicam. cap.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 12. M. *Mur. aliter ſentit in logica cap. de Genere, qu.* 5. *& in prædicam,* &c. L. *Suar. diſp.* 17 *ſect.* 2.

P. 11,

54. POSITIVE. NEGATIVE. I. *Exiſtere realiter poſitivè* dicitur, quod veram realem entitatem à reali causâ productam habet, *ut ſunt omnia quæ ſenſu aliquo percipiuntur. Negativè* exiſtit, quod

quod etiam suo modo est in rerum natura nemine cogitante, sed non habet positivam entitatem, aut existentiam, ut *cæcitas, &c.* A.

II. *Differunt realiter positivè*, quæ habent separabiles inter se entitates. *Negativè realiter differunt*, cum vel utrúmque, vel alterum extremorum est privatio, aut negatio, v.g. *Thobiæ & Isaaci cæcitas.* Item *cæcitas & Thobiæ.* B.

III. *Denominantur Positivè* à formâ, vel causâ reali ibi existente, vel ipsi conveniente, ut CHRISTUS D. *est bonus*: *Negativè* talis dicitur, qui illam formam non habet, sed nec ejus contrarium, sic *infans negativè est probus & bonus*, hoc est *non est improbus.* G.

IV. Comparatione factâ *alios excedit positivè* ille, qui nec parem, nec superiorem sibi habet. *Negativè excedit ille*, qui parem habet, nec tamen superiorem in eodem genere. D. sic CHRISTUS D. est amantissimus *positivè* salutis nostræ: sic duo Doctores æqualiter docti utérque dicitur doctissimus *Negativè*, hoc est, non habet se doctiorem, licet æqualiter doctum habeat.

V. Datur de intellectu; *positivè* fallitur intellectus, quando alicui aliquid tribuit, quod ibi non est, v.g. dicendo, *Homo est lapis*: *negativè* fallitur, quando jam aliter apprehendit, quàm sit, interim nihil tribuit, ut si apprehendat *hominem cornutum, &c.* E.

VI. Attributa seu perfectiones quædam dicuntur *Negativæ*, quæ formaliter solùm negationem significant, & imperfectionem removent, ut si Deus dicatur *increatus*; *anima immortalis, &c.* Aliæ sunt *Positivæ*, quæ positivam perfectionem important, ut DEUM *esse omnipotentem, &c.* F.

VII. Actio aliqua *positiva* dicitur, quæ ad rem

positivam, per verum realem influxum terminatur, ut *illuminatio*, *calefactio*. *Negativa* actio est, quæ terminatur ad rei existentis destructionem, vel formæ privationem, per solius concursûs conservativi substractionem. ut si *anima annihilaretur*, aut dum materia vi consecrationis cessat esse sub speciebus panis, &c. G.

APPLICATIO. I. *Scientia logica certitudine & utilitate sua* positivè *vix ab alia exceditur*, negativè *à nulla*.

II. *Privatio est principium transmutationis realiter existens*, *non* positivè, *sed* negativè.

III. *Violentum est*, *à principio extrinseco passo*; *non co-ferente vim*; positivè *nempe*. H.

A. *Tanner. t. 1. disp. 1 quæst. 11. dub. 3. num. 2.* B. *Suar. disp. 7. sect. 1. num. 2.* C. *Mend. init. log. §. 5. Mur. disp. log. de relatione quæst. 4. Tanner. disp. 2. quæst. 1. dub. 5. num. 3. ubi explicat, quomodo* DEUS *sit Ens per se, &c.* D. *Mendoz. loc. cit. Ruv. in log. cap. 4. de different. quæst. 7. num. 21.* E. *Suarezius disp. 9. metaph. sect. 1. num. 20.* F. *Tanner. loc. cit. quæst. 2. dub. 1. num. 5. ubi positiva attributa vocat etiam Affirmativa.* G. *Idem loc. cit. quæst. 11. dub. 3. num. 4. & 5.* H. *Murcia. 2. phys. disputat. 1. quæst. 3. ubi duplicem resistentiam, propositivam & negativam explicat. Morales Theologi aliam habent acceptionem, &* Positivè *malum alteri aut damnum inferre dicunt illum, qui reipsa aliquid facit, unde alterius damnum sequatur.* Negativè, *qui aliquid omittit, unde majus alterius bonum promoveri poterat, ad quod faciendum per se non tenebatur.*

P. III.

55. POTENTIA. ABSOLUTA. EXTRAOR-

TRAORDINARIA. ORDINARIA. *Ordinaria* D. DEI *potentia vocatur*, quæ supponit legem DEI communem, & ordinem quem DEUS in & circa res creatas servare statuit, & dicitur etiam *potentia physica*, quæ se extendit ad illa facienda, & eo modo conservanda, ut cursus naturæ jam consuetus exigit. A. *Extraordinaria* est, qua fiunt aliqua præter ordinem communis cursus, ut si aliquid valde rarum accidit, aut defectus creati entis supplendus est, ut quando quantitas conservatur sine subjecto, &c. licet hæc acceptio ferè confundatur *cum absoluta potentia*. B.

Absoluta potentia, quæ omni lege & decreto divino prior, adeoque à communi rerum cursu independens cogitatur, est potentia D. DEI *adæquata*, seu *Omnipotentia*; & hac fieri potest omne, quod non involvit contradictionem; dicitur etiam *Potentia Logica*. C. Vel ut loquitur S. Thomas, hac potentia fieri potest omne illud in quo salvati potest ratio entis. D.

Quando quæritur, an hoc possit fieri per absolutam D. DEI potentiam? non est tam bonus sensus, an D. DEUS, si omnem conatum adhibeat, hoc facere possit, quam iste, an res sit possibilis, & factibilis. Hæ Potentiæ in D. DEO non differunt; & *Absolutè* non facilè aliquid negandum, cum utique plura per illam fieri posse debeant, quam humana mens concipere possit, ut benè monent Conimbr. etiam ex S. Augustl. & S. Anselmo.

APPLICATIO I. *Ut fias bonus Logicus requiritur* ordinariâ *viâ etiam tua industria, & longus labor*: extraordinaria *potentia in momento hoc largiri potest.*

II. Absolutâ *potentia potest quævis forma, non modalis, esse extra suam subjectum.*

III. *Non tamen per illam suppleri potest effectus adæquatus causæ materialis, aut formalis, qui est totum compositum, quod sine materia aut forma esse non potest.*

A. *Conimbr. 2. phys. cap. 7. quæst. 16.* B. *Iidem loco citato. assertione 1. Pluribus Tanner t. 1. d. 2. quæst. 11. dubitat. 4. num. 10.* C. *Iidem assert. 2. & maximè quæst. 17. Mur. in logic. c. de Proprio quæst. un.* D. *S. Thom. 1. part. quæst. 25. a. 3. & 5. Item etiam quoad rem Tanner. loc. cit. num. 14. ubi hoc ipsum monet ex S. Thom. melius esse de rebus hujusmodi quæ fieri non possunt, dicere illas esse impossibiles, seu non esse factibiles, quam ut dicamus Deum hoc vel illud facere non posse.*

P. IV.

56. PRÆDICABILITER. PRÆDICAMENTALITER. Dicitur de modo quo unum alteri convenit. *Accidentaliter* convenit universim alteri, quod potest abesse & adesse (hoc est affirmari, vel negari A.) sine corruptione (Logica nempe, de qua supra littera L.) subjecti: & si ponatur hoc in uno ex novem Prædicamentis, est *accidens prædicamentale.* B. Si verò quoad suam entitatem sit vel substantia, vel privatio, &c. & tamen contingenter de altero affirmetur, est *accidens prædicabile*, cujusmodi est *barba* in hac propositione, *homo est barbatus*; & *mors* in hac, *homo moritur.* Unde patet sæpe ipsas substantias hoc modo vocari & esse accidens, nempe prædicabile, seu Logicum.

APPLICATIO I. *Omne accidens* prædicamentale, *est etiam* prædicabile *respectu alicujus, sed non contra.* II. *Ma-*

II. *Materia est de facto unita forma per accidens*, prædicabiliter *nimirum*.

A. Mur. *in log. c. de accid. disp. un. quæst.* 1. B. *Idem ibidem. quæst.* 2. C. *Idem ibidem prædicabile accidens videtur accipere tantum pro secundo intentionali.* Masius *quæst.* 1. *de accidente sect. un.* Smigl. *d.* 5. *q.* 10. *accidens prædicabile absolutè vocat Logicum accidens.* Tanner. *t.* 1. *d.* 1. *quæst.* 3. *dub.* 1. *num.* 11.

P. V.

57. PRIMARIO, SECUNDARIO. Dicitur I. de fine. *Primarius finis* seu *motivus est*, qui principaliter movet ad agendum. *Secundarius (impulsivus* etiam) est, sine quo agens operaretur, sed non tam expedite & libenter.

II. Dicitur de effectu. A. *Primarius* ferè *adæquatus* est, quem agens præcipue & ultimate spectat; *Secundarius* qui propter primarium ponitur, sic ignis *secundario* calorem, *primario* ignem producit.

III. De objecto: B. *primarium est*, quod per se directe à scientia intenditur; *secundarium*, quod in ordine ad illud primarium tractatur.

IV. De Conceptu. C. *primarius* terminatur ad essentiam rei, *secundarius* ad illa, quæ sunt extra essentiam.

APPLICATIO I. *Primæ intentiones formales (adeoque operationes intellectus) dici possunt objectum* primarium *Logicæ*: *secundæ Intentiones* secundarium.

II. *Unio & forma corruptibilis est etiam effectus materiæ, sed tantum* secundarius; *nam* primarius *est totum compositum.*

A. Mur. 2 *phys. disp.* 3. *q.* 6. B. Mas. *in proœmio. log. s.* 1. *q.* 13. C. Mend. *metaph. disp.* 10. *sect.* 3.

P. VI.

58. PRINCIPALITER. INSTRUMENTALITER. *Principaliter* aliud producit, seu *principalis causa* est, quæ virtute propriâ, & suæ naturæ commensurata ac debita producit effectum, adeóque in entitate effectu suo vel est nobilior, vel æquè nobilis. A. Sic *ignis producit calorem ante ignem. Instrumentaliter* producit, quod producit in virtute aliena, adeoque in entitate sua effectu est ignobilior. B. debet ergo elevari, & talem virtutem ad talem effectum accipere, quæ elevatio & virtus nihil distinctum ad entitatem causæ instrumentalis addit, sed consistit in hoc, ut sit potentia tali concursu à causa I. instructa, ut loco causæ principalis effectum producat. C.

APPLICATIO I. *Logica est habitus scientificus* instrumentalis *potiùs, quam* principalis.

II. *Substantia producitur ab Accidentibus, non ut à causa* principali, *sed* instrumentali.

A. *Mur. 3. phys. disp. 4 quæst. 2. B. Idem ibidem §. 2. C. Idem ibidem conclus. 2. & maximè §. quare dicendum. Albertin. tom. 1. princip. 2. Suarez. d. 17. fusè omnino has causas explicat.*

P. VII.

59. PRIORITATE NATURÆ, TEMPORIS. *Prioritate naturæ latè* prius est alio, quod prius est illo secundum subsistendi consequentiam, ut nimirum uno posito alterum inferatur, hoc tamen posito prius non sequitur. Sic *animal prius est homine*, nam bene dico, *est homo, ergo est animal.* sed non contrà, *est animal, ergo est homo.* Et sic dicuntur *priora naturæ* aliis, quæ possunt esse sine aliis, (intentionaliter nempe seu logice. A.) & illa non sine his. Et hæc *prioritas Naturæ* abstrahit.

I. an

I. an Id quod prius alio est sit realiter distinctum ab illo. II. an inter illa intercedat vera dependentia, ut patet in allato exemplo.

Naturæ prioritas strictè exigit duo. I. Ut id quod *posterius natura* est, sit realiter dependens ab illo, quod *prius natura* dicitur, adeoque secundum suam naturam illud præsupponat. imò ut Suarezius explicat. *Prioritas hæc* est ipsa independentia ab eo respectu cujus est *prius*, & *Posterioritas* est ipsa dependentia. C.

II Ut inter *prius & posterius natura* reale discrimen intercedat. D. Et hæc *prioritas* vocatur etiam *prioritas causæ & causati*. E. Et hoc intelligendum est de illo, quod alio ut *Quod* est posterius, non ut *Quo* tantùm, (de his vocibus vide mox lit. Q.) quâvis etiam ad hoc applicari possit. Unde colliges cum Murc. F. inter alia quæ habent, *prioritatem naturæ* latè sumptâ, esse potius prioritatem rationis: hujusmodi est in Divinis, &c. *Temporis prioritas* clara est.

APPLICATIO. I. *Omnia genera priora sunt specie, prioritate naturæ* logicè, *sed non prioritate naturæ* physicè.

II. *Generatio novi compositi* prior *est, quam corruptio prioris*, naturâ *nempe*.

III. *Nova forma* naturâ *prius introducitur, quàm altera destruatur, licet eodem instanti utrumque fiat*.

A. *Zimara propos.7. Theor.B. Arist.cap.12.prædicam. unum, ait, natura prius esse duobus.* C. *Suar. disp.16.sect. 2.n.16. & 31. & num. 9. per prioritatem naturæ intelligit etiam prioritatem dignitatis.* D. *Mur.2.phys.d.2.quæst.4.* E. *Lorin. in post prædicam.c. 2.not.3. & 4. ubi ait, prioritatem naturæ non esse prioritatem.* In quo (*unum existit & alterum*

rum nondum) sed est prioritas A quo (esse suum alterum accipit) & explicanda est per particulam Quia. Sic homo natura prior est risibile, nam quia homo est, est risibile, Mendoz. phys. disput. 8. sect. 6. & 7. ubi ex instituto concludit. §. 87. prioritatem naturæ propriè esse inter causam & effectum, in eodem tamen instanti reali. ubi duo instantia rationis sunt distinguenda; &c. F. Mur. loc. cit. ubi colligit omnem causam physicam realiter differre à suo effectu; & prioritatem rationis sic declarat: Adde tamen, aliquando prioritatem naturæ non esse realem, sed rationis tantùm, nempe quando non est inter extrema realiter diversa, qua ratione animal est prius natura quam homo, solum prioritate rationis, quia inter animal & hominem solum est distinctio rationis, & ita inter illos solum potest esse ordo rationis, secundum prius & posterius; tamen quando hæc prioritas fundatur in vera causalitate & dependentia realu unius ab alio, revera est prioritas realis, qua ratione causa est prior natura suo effectu: hæc ille.

Q.

6o. Ut Quo. Ut Quod. Dicitur I. de termino alicujus productionis, ubi *adæquatus & totalis terminus* dicitur produci ut *Quod*, seu esse terminus ut *Quod*, seu ut *Qui*: Forma autem & Unio dicuntur produci, seu esse Termini partiales, seu ut *Quo*. *A*.

II. Datur de *causa efficiente*, ubi totum compositum dicitur agere ut *Quod*, forma verò subsantialis & accidentia, ut *Quo*. B.

III. Adhibetur in *causa materiali*, ubi totum compositum recipit ut *Quod*, materia verò et quantitas ut *Quo*. C.

IV. Ad

IV. Ad mentem Aristotelis quando quæritur; *Quodnam est illud* cui aliquid convenit? illud dicetur tale ut *Quod*, & quando quæritur, *Quonam seu per quid* est tale? id, per quod respondetur, est tale ut *Quo*, sive jam sit causa, sive conditio alia. D.

V. Adhibetur, cùm sermo est de definito, ubi aliud est definitum ut *Quod*, aliud ut *Quo*.

VI. *Objectum ut quod* est illud, quod directe per potentiam seu habitum cognoscitivum cognoscimus: & siquidem sit *Incomplexum*, est ipsum subjectum conclusionis scientificæ, de quo aliquid affirmatur, ut ex supra dictis patet: Si sit *Complexum*, erit conclusio tota aliqua scientifica cum ratione formali Quæ, ut in exemplo mox ponendo patebit. Objectum Quo est ratio formalis (seu primarium & unicum motivum) *propter quam* & per quam potentia vel scientia circa tale objectum versetur, & has vel illas veritates cognoscat. F.

APPLICATIO. I. *Demonstratio est objectum* Quo *aliæ scientiæ cognoscuntur, & objectum* Quod *ipsa logica considerat.*

II. *Efficiens, quando ejus effectus incipit esse, debet existere, non quidem efficiens* Quod, *sed saltem efficiens* Quo.

III. *Unio informat materiam ut* Quo; *Forma ut* Quod, *& utraque semper adesse debet.*

A. *Mendoz. phys. disp. 11. sect. 7. §. 39. B. Mur. 2. phys. disp. 4 quæst. 5. Mend. de anima disp. 3. sect. 1. Suar. d. met. 8. sect. 2. num. 3. facit discrimen, & ait esse aliud agens ut* Quo *principale, & ipsa forma, & aliud instrumentale, sintque accidentia, & universim causalitas, seu ipsa actio, ut etiam ex Mend. colligitur C. Idem Mend. phys. a. 6. s. 6. §. 40. & 57. D. Arist. 5. Met. c. 8. Mend. Met. d. 15.*

d.15. §.24. de Formali causa pluribus explicat.
E.*Tanner.t.1.d.1.quæst.3.dub.1.& 2.*

R.

61. RADICALITER. PROXIMÈ. *Radicaliter*, I. appellat ipsum effectum alicujus causæ & dicitur res emanans vel producta sumi *radicaliter*, quando non secundum suam formalem entitatem spectatur, sed potius secundum fontem & originem, seu causam suam, cujus tunc denominationem accipit, *sic risibile radicaliter sumptum non differt à rationali*, & sensus est: *ultimata radix risibilitatis est rationalitas ipsa.*

II. *Radicaliter* seu *Fundamentaliter* appellat sæpe ipsam causam, & radicem seu fontem alicujus potentiæ seu operationis, A. ut si denominatio potentiæ seu operationis ipsi causæ tribuatur, quatenus ab illa talis potentia vel operatio procedit, saltem mediate, adeoque ut sic sæpè etiam causam remotam denotat, B. sic *anima dicitur radicaliter intelligere, videre, ambulare, &c. sic materia radicaliter se ipsa est extensa.* Et sic *Radicaliter* ferè idem est quod *Entitativè.*

III. *Radicaliter* sumitur pro prima potentia alicujus rei, seu actu primo, sic *essentia quantitatis consistit in extensione impenetrabili radicaliter*, hoc est, quantitas est radix & origo, & natura sua apta, ut faciat rem actu extensam.

Proximè sumitur I. pro re secundum se spectata, *sic risibile proxime tantum est accidens*, sic anima proxime non ambulat, videt, &c. sed hoc facit per potentias superadditas.

II. *Proximè* idem est, quod immediatè omnino: sic *calor proximè* producit ignem.

III. *Proximè* idem est, quod actu II. sic *essentia*

essentia quantitatis proxime consistit in extensione impenetrabili.

APPLICATIO. I. *Habitus Logicæ non facit* proxime *aliquem discurrere, sed tantum* radicaliter.

II. *Quicquid ab agentibus naturalibus producitur, illud* radicaliter *provenit à formis eorum substantialibus, &* proxime *à potentiis harum.*

A. *Mur. super cap. de proprio, d. unica quæst. unic. §. triplex discrimen. Idem in prædicam. disp. un. quæst. 3. ad finem. Ruv. de prædicam. cap. 7. quæst. 12. n. 263.* B. *Ruv. in log. 4. de differ. quæst. 4. num. 97. corol. 1. & quæst. 5. num. 120. Suar. d. 10. sect. 2. num. 12.*

R. 11.

62. REALITER. RATIONE. *Realiter* illa differunt, quando unum aliquid Entitatis habet, quod non habet aliud, adeoque quæ mutuam includunt *negationem*, ut possim dicere; *Hæc res* (sive formaliter sive identice) *non est illa res.* A. Vocatur hæc distinctio *realis*, quia antecedit in rebus omnem operationem intellectus, non solum fundamentaliter & virtualiter, sed formaliter & actualiter. B. est autem duplex, *lata & stricta.*

REALITER strictè differunt, quando membrum utrúmque est absoluta entitas, & non modalis. Et quidem si una in alterâ tanquam pars involvatur, differet *realiter inadæquatè.* sic materia prima differt *realiter inadæquatè* à suo composito: si hoc non fiat, differunt *adæquatè*; uti supra dictum fit. A. Quæ *realiter negativè* differant, dictum est Verbo *Positivè.*

MODUS, de quo sermo hic, (qui facit distinctionem *realem latè* dictam seu *modalem*) est *actualis* deter-

determinatio rei indifferentis, & exercitium actuale potentiæ, tribuens actu suam denominationem. C. *Indifferens* est, quod potest ad opposita se habere, vel oppositа recipere: sic manus est indifferens ad calorem & frigus. *Indifferentia* alia *intrinseca*, quando res indifferens cum illo, ad quod indifferens est *intrinsece* conjungitur, & in intrinsecam denominationē fundat; quæ intrinseca *indifferentia* tunc censetur adesse, quando res indifferens ad contradictorium prædicatum non potest transire, sine intrinseca sui mutatione. Sic anima separata indifferens est ut uniatur & non uniatur, si ergo unitur, tum determinatur per unionem, adeoque unio est *Modus*, quo anima ex non unitâ fit unita; sic per receptionem caloris manus determinatur ad esse calidum, & calorem, & non ad frigus.

Entitates sic determinantes vocantur *Modi*, & ita sunt affixi rei modificatæ & determinatæ per illos, ut ne divinitùs extra eam servari queant, D. hoc ipso quia actu II. determinant & denominant: si enim sessio Petri esset extra Petrum, faceret illum actu sedentem (est enim sessio actualis Petri) & non faceret actu sedentem (esset enim, ut ponitur, extra illum) quod implicat contradictionem. *Indifferentia intrinseca* est, quæ tollitur per denominationem intrinsecam, ut murus indifferens ad esse visum vel non esse visum, per Ismaëlis visionem extrinsecè determinatur ad esse visum.

INDICIA *realis distinctionis* universim sunt hæc. I. Quando unum manet pereunte altero, (in eodem individuo) ibi est major quàm rationis distinctio. Sic *Juda suspenso sanctus Petrus* manſit vivus: sic te moriente manet anima, perit unio.

II. Quando duo unita ante, amissa unione manent

nent adhuc, *realiter* differunt, v.g. anima & corpus E.

III. Quando unum est vera physica causa & origo alterius, nam aliàs idem esset à seipso dependens, prius seipso, &c. F.

IV. Quando duo habent distincta prædicata, quæ (primò intentionaliter illa sumendo) alteri nec materialiter quidē et specificativè sumpto conveniunt: G. sic *materia non informat materiam, & forma hoc facit, ergo realiter differunt, &c.* *Actio* autem saltem *materialiter* sumpta est etiam *receptio formæ*, non ergo differt realiter à passione seu receptione.

INDICIA distinctionis *strictè realis* sunt: I. quando separatione facta utrumque separatum manere potest, H. hoc in quibusdam naturaliter apparet, *ut si rescindatur nasus, aut auricula de capite.* In quibusdam supernaturaliter, quando posita separatione contradictio ostendi non potest; *ut quando ponitur albedo esse extra subjectum suum.* Exceptiones tres videri possunt apud Suar. I.

II. Causa verè Physica *strictè* à suo effectu differt saltem *inadæquatè*.

III. Quando unum veram subsistentiam habet diversam ab alio. K.

INDICIUM distinctionis *modalis* est, quando hoc sine illo esse potest, sed illud non sine hoc, L. Sic *materia potest esse sine unione, sed unio non sine materia.* Debet hic addi, *supposito quod fit determinatio alterius*, et aliud *non includat tanquam essentialem sui partem*: hinc licet materia possit esse sine materia, tamen compositum non *modaliter* differt à materia, cùm illud hanc tanquam essentialem partem includat, &c. Adeoque quando dicitur hoc *modaliter* differt ab illo, τὸ *differt* appellat *modum*, sensusque est, *modaliter* differt, id est, est *modus* rei, et non absoluta entitas.

RATIONE differunt ea, quæ à parte rei idem sunt, & tamen per diversos conceptus & cogitationes cognoscuntur, v.g. *Sapientia divina & potentia idem sunt* à parte rei, sed à nobis diversis conceptibus cognosci petunt. M. Illa à parte rei idem sunt, quæ in suis abstractis aliqua tandem ratione in recto de se mutuò prædicantur, v.g. *sapientia in* D. DEO *est potentia*: *animalitas est humanitas*. Statuitur communiter duplex, *rationis ratiocinantis*, quando de eadem re plures & æqualiter rem repræsentantes synonymos conceptus faciosut *ensis est gladius*, *nasus est nasus*: quam tanquam nugatoriam Suarez rejicit.

Ratione ratiocinata & absolutè *ratione* differunt, quæ cum à parte rei idem omninò sint & indistincta propter secunditatem tamen quasi suam, & virtualem quandam partium multiplicitatem, petunt pluribus inter se distinctis cogitationibus cognosci, idque propter rationes quásdam formales diversas, & diversas causas & explicationes, quibus illa explicari petunt. hinc ab aliquibus etiam *Virtualis* appellatur, præsertim in divinis, quatenus ibi eadem res æquivalet pluribus in creatura realiter distinctis. N. Sic *Sapientia in* D. DEO *differt à potentia*, *Ratione*; quia petit diversa cogitatione cognosci, propter diversam rationem formalem; si enim quæro, *quare* D. DEUS *est sapiens*? Resp. quia omnia secundùm altissimas causas considerat: *quare potens*? quia omnia subjecta habet suæ potestati, &c.

INDICIUM hujus distinctionis est, quando res cognosci petit pluribus distinctis conceptibus, interim tamen nullum aliud indicium distinctionis realis suppetit, ex supra recensitis, tum probabile est, illa sic cognita, tantum *ratione* differre. O. Revocan-

tur

tur ad has aliæ distinctiones, illa quam vocant *ex natura rei* ad *realem*, aliqui tamen revocant ad rationis distinctionem; quam vocant *Formalem ad rationis distinctionem*. P.

II. *Modorum* inter se distinctio ut sic non est *modalis*, sed revocatur ad *realem* saltem ratione modificatorum. Q. Si tamen duo *modi* idem subjectum afficiant, *ut dependentia*, v. g. *& inhærentia*, revocabitur ad *modalem*.

III. Falsum est illa tantùm *Ratione* differre, quæ sunt entia rationis, uti dictis patet.

IV. Quæ *essentialiter* differunt, differunt etiam *Formaliter*; sed non contra, quæ formaliter differunt etiam realiter.

V. Unde quando hîc sermo de *identitate & diversitate*, intelligenda est numerica & physica, non formalis & logica, licet per hanc illa deprehendi possit, &c.

VI. Quædam differre dicuntur per *conceptus objectivos* realiter, id est, res conceptui formali objectæ, seu res cognitæ realiter differunt, nam conceptus & objectiva Intentio idem sunt, de hac supra.

APPLICATIO I. *Non opus est ut Logica docens & utens* realiter *distinguantur, satis est* ratione *inter se differre, cùm ab eodem habitu diversi actus procedere possint.*

II. *Quæ diversas definitiones habent, non hoc ipso* realiter *differunt, cùm etiam solâ* ratione *diversis diversæ possint definitiones convenire.*

III. *Potentiæ animæ plus quàm* ratione *differunt ab animâ, adeoque* realiter *differunt.*

A. Suarez. d. 7. met. sect. 1. num. 22. ubi ait. Hæc Negatio (*qua possum dicere, una res non est alia*) *per se primò requiritur & sufficit ad distinctionem. Mend. d. met.*

d.met.6.sect.1.§.3.B.Suarez.loc.cit.num.9.Vallius in antepræd. quæst. 4.cap.1. Mend.d.cit. §.12. C. Mend. d. met.2.§.41.Gillius l. 2.tract.5.c.2. Suarez.loc.cit.modum describit ita: est aliquid separabile à suo subjecto, sine quo nec divinitus conservari potest: sed est à posteriori potius, ut monet Mend. D.hoc passim & frequenter monet & Suarez. cum in hoc modus maximè differat ab entitate absoluta. E. Aristot. 7. Top.c.1 loco 12. Quare, ait suppositio aliquo, sive vero, sive falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem non, profectò non sunt idem, nam aliàs idem esset, et non esset; uti supponitur, non esset, quia ponitur etiam destructum. Suar.loc.cit. sect. 2.n. 2.ubi 16.alios citat. Hoc tamen nota, illum rem hanc explicare per Conceptus objectivos, &c. pro quo res ipsa statim à nobis, claritatis causa, est posita. Mend.c.d.6.§.15. Ruv.5.ph.tr.1.de motu, num. 27.Gillius.l.2.tr.5. Perer.l.10.c.4 princ.ver.nat. F. Suar.loc.cit.num.19.Mur.d.1.de rel.quæst.5. Vallius Mend.ll.cc.G.Conimbr.3.de an.cap.13.quæst.3.a. 2. H. Suarez.c.d sect.2.num.9. Mur.de prop.d.un. quæst. un. concluf. 2. ubi ait nullum esse certius signum: licet ut notat Suarezius non sit adæquatum seu unicum. Vallius loco supra citato. I. Suarezius c. d. num. 24. Et sunt hæc I. licet creatura non possit esse sine Deo, tamen aliud constat realiter differre. II. Relatio differt à termino, licet sine illo esse nequeat. III. Personæ SS. TRINITATIS etiam excipiuntur. K. Mend. loc. cit. §. 14. deprehenditur hæc diversitas ex diversis prædicatis, &c. L. Mur. Suarez. ll.cc hic.sect.2.num.6. M. Vallius l. sæpius cit. Tanner. t. 1. d. 4. 3. dub. 2.num.12. N. Suarez. c. d.sect.1. num.4.5.& 8.ubi hanc distinctionem tribuit imperfectioni nostrorum conce-

ptuum

ptuum. O. *Suar. loc. cit. num.* 28. P. *idem num.* 20. *Masius sect.* 4. *d. univ. quæst.* 3. *Mend. Tann. loc. cit. n.* 11. Q. *Suar. loc. cit. num.* 11.

63. REDUPLICATIVE. SPECIFCATIVE. Adhibetur in iis propositionibus, in quibus est vox *reduplicans*, una ferè ex his: *Quatenus*, *Qua*, *Qua tale*, *Qua ratione*, *&c.* quia nimirum per hujusmodi voces indicatur causa cur prædicatū subjecto insit; quæ causa in ipso subjecto latet, si reduplicativa propositio fuerit: in specificativo sensu causa exprimitur in voce post particulam specificantem positā. A. Et tunc hæ voces reddunt sensum *reduplicativum*, quando repetunt vocem ex parte subjecti antepositam, vel expressè ut *animal rationale quatenus rationale est risibile*, vel implicitè per voculam, *talis*, ut *homo qua talis est rationalis*. Quando verò nova vox additur, fit sensus *specificativus*, ut *homo quatenus animal est sensibilis*. *Reduplicativa* itaque, ut patet, tunc propria & maximè vera est quando vox *reduplicans* explicari potest per *ὸ causa*, ut *homo quatenus homo est rationalis*, id est, *causa* cur homo sit rationalis, est, quia est homo. In *specificativis* idem ferè contingit, ut *homo quatenus crines habet*, *est crispus*, *&c.* Hinc colliges *reduplicativè* ferè idem esse quod *formaliter*, de quo supra. C. Et reduplicatio etiam sæpe indicat sensum compositum, de quo supra.

APPLICATIO. I. *Logicus* qua talis *necessariò est sciens*; qui talis, *seu quatenus homo*, *tantum contingenter scit.*

II. *Forma substantialis*, quatenus *talis*, *non est natura*, *sed ut sic est tantum informans materiam.*

A. *Fons. Instit. lib.* 3. *cap.* 27. B. *Idem loc. citat.* C. *Mend. ad init. log.* §. 2.

S

64. SECUNDUM SE. QUOAD NOS. I. Dicitur de *causa*, uti supra in dist. *formaliter* & *virtualiter* explicatum est.

II. Dicitur de *distinctione*; ubi illa, quæ ratione tantùm differunt, *secundum se* non sunt distincta, sed *secundum nos* & nostrum concipiendi modum.

III. Dicitur de *cognitione*; de quo supra lit. P. voce, *Per se, &c.*

IV. *Secundum se* respectatur, quando consideratur quoad illa, quæ spectatâ suâ propriâ natura habet aut requirit, & non in ordine ad aliquid, ab extrinseco primùm suæ naturali constitutioni superadditum, sic intellectui nostro *secundum se* non est connaturalis Visio DEI, est autem connaturalis spectato secundum lumen gloriæ. B.

APPLICATIO. I. *Hominem artificiosè discurrere, non est ipsi* secundum se connaturale, *sed supposito quod Logicus sit, est ipsi tunc* connaturale.

II. *Hæc propositio*, DEUS *concurrit ad omnes effectus, est* per se nota, secundum se, *sed non* quoad nos.

A. *S. Thom.* 1. *p. quæst.* 2. *a.* 1. *Conimbr.* 1. *poster. c.* 3. *a.* 2. *ubi colligunt ad mentem. S. Thoma, illam propositionem esse per se notam* quoad se, *qua caret medio, à quo ejus veritas dependeat &c.* B. *Tanner. t.* 1. *d.* 2. *qu.* 6. *dub.* 3. *num.* 4. *& seqq. ubi hanc rem fusè declarat.*

S II.

5. SIMPLICITER. SECUNDUM QUID. Dicitur I. de necessitate, de qua supra litera A. voce *Absolutè*.

II. *Simpliciter* verum est, quod omni ex parte verum est, & nullo alio supposito.

III. *Sim-*

III. *Simpliciter* bonum est, cui in suo genere nihil perfectionis debitę deest. *secundum quid*, cui deest aliqua perfectio. A.

IV. *Simpliciter* idem est, ac secundum majorem partem, *secundum quid* tale est, quod secundum minorem partem sui tale est. B. sic *Æthiops simpliciter est niger, secundum quid albus*: & hoc maximè locum habet in comparationibus, ut sic *simpliciter* loquendo fere idem sit, ac *Omnibus consideratis*, vel *absolutè loquendo*, & res *simpliciter* talis est, quando in se spectata tale prædicatum habet. C.

Huic etiam opponi potest *sensus accommodus*, quando subinde secundum sensum verborum aliquid valde generaliter & ample affirmatur, quoad rem verum non esset, nisi in sensu *accommodo*, seu in quantum subjectū illud capax est, seu exceptis excipiendis. D. sic dicitur. *Cœlum omnia tegit*, quæ nimirum tegi possunt, neque enim seipsum tegit.

APPLICATIO. I. *Licet in Logica quædam veritates sint tantum probabiles, tamen ipsa simpliciter est scientia.*

A. *S. Thom. 1. part. q. 5. a. 1. Suarez. dis. met. 10. sect. 2. num. 34.* B. *Lorin. in introd. dist. 10.* C. *Men. ad init. Log.* §. 4. D. *Tanner. t. 2. dis. 1. qu. 1. dub. 5. n. 61. Fons. lib. 8. Inst. c. 35.*

§. III.

66. SUBJECTIVE. TERMINATIVE. Dicitur potissimum de mutatione, *Subjectivè* mutatur id, quod est subjectum alicujus actionis & termini per illam producti, v. g. manus, quando ex calida mutatur in frigidam. *Terminativè* verò mutatur id, quod ipsa tali actione producitur. A. v. g. Ignis ex ligno productus.

APPLICATIO. *Id quod est subjectum mu-*

tationis, mutatur subjectivè, *id quod generatur, ut sic* terminativè *mutatur, seu generatione producitur, ergo licet materia prima sit subjectum generationis, non generatur, sed tantùm* subjectivè *mutatur.*

A. *Ita quoad rem Murcia. 1. phys. dis. 5. qu. 9. in solutione primi argum.*

S. IV.

67. SIMPLICITER. PERSONALITER. ABSOLUTE. Locum habent hæ voces etiam in suppositionibus, vox enim *simplicem* suppositionem tunc ferè habet, quando universale aliquod significatur, ut, *Homo est species, Animal est genus. Personalis* suppositio etiam pro mediatis significatis accipitur, quod descensu explicatur, v. g. *Omnis homo est animal.* Absoluta, ferè pro Immediato supponit, ut *Homo est animal.* A. Vide quæ infra dicentur de unitate, nam triplici statui naturæ hæ suppositiones ferè correspondent.

APPLICATIO I. *Operationes intellectus sunt objectum Logicæ; verum est, in suppositione* absoluta *vel* simplici, *non tamen in* personali.

II. *Homo movetur non in suppositione* simplici, *aut* absoluta, *sed in personali.*

A. *Fons. Inst. l. 8. c. 24. & tribus seqq. Forerus dis. de suppositionibus num. 12. & seqq.*

T

68. TRANSITIVE. INTRANSITIVE. *Transitivè* distinctum ab aliquo est, quod novam distinctam entitatè illi superaddit, sic calor in igne *transitivè* distinctus est ab ipso igne. *Intransitivè* distinctum est, quando alicui nova convenire virtus dicitur, ratione alterius, ad quod ex natura ordinatum consideratur, quæ virtus in re est idem cum illo altero, sed tamen concipitur tanquam distinctum

&ũ quid. A. sic homo sub ratione animalis non est discursivus, interim rationale, sub quo est discursivus, non est *transitivè* distinctum ab homine.

APPLICATIO. I. *Differentia constitutiva à sua specie* transitivè *non est distincta, sed tantum* intransitive.

II. *Virtus quâ causa instrumentalis loco principalis causæ producit effectus substantiales, non est* transitivè *distincta ab instrumentali causa.*

A. S. Th. 1. dist. 34. quæst. 1. a. 2. ad 1. ubi agit de distinctione in divinis, éque accommodat ad modum loquendi Grammaticorum, ubi constructio transitiva exigit diversitatem constructi, saltem secundum rationem, &c. Conimb. 2. ph. c. 7. q. 18. art. 3. §. itaq; rectius. Et lubet ipsa verba apponere: Itaque rectius philosophari eos arbitramur, qui volunt, cum accidentia virtute substantiæ formam substantialem gignere perhibentur accipiendum esse *intransitivè*, & idem valere, ac si dicerentur esse ipsa virtus substantiæ generantis: quando quidem accidentia, ut sint entia alterius, & non à se, sed à substantiis suum esse habent, ita eorum vis non tam ipsorum, quam substantiæ vis est, &c. *Hæc isti: ubi dein quærunt cur calor ignis ignem, calor animalis autem carnem producat, &c. & respondent hoc fieri, propter alia accidentia adjuncta, v. g. siccitas ignis determinat simul cum calore materiam ad ignem recipiendum, &c.*

V

69. UNIVOCE. ANALOGICE. ÆQUIVOCE. I. Dicitur de vocibus: *Univoca* vox est, quæ pluribus rebus tribuitur, propter rationem eandem, & definitionem æqualiter ab iis participatam, adeoque quando ratio (seu conceptus) objectiva,

ctiva, vel res per nomen formaliter significata eadem planè est in pluribus, non numero sed specie: vel clarius quando quæritur an vox sit univoca, accipiatur ejus definitio, & si propter definitionem æqualiter participatam vox illa pluribus conveniat, erit univoca, ut *Animal respectu leonis, leporis, &c.* Si enim quæro quare leo est animal? Resp. quia est substantia sensitiva: Et quare lepus est animal? Resp. itidē quia est substantia sensitiva, &c. *Analoga* vox est, quæ pluribus tribuitur propter eandem definitionem, sed non æqualiter participatam, ut *ens respectu substantiæ & accidentis*, nam substantia absolute est ens, accidens est entis ens, et minus principaliter. *Æquivoca* vox pluribus rebus in una ratione et definitione nequaquam convenientibus tribuitur, ut *lupus* respectu piscis, et animalis, aut lupi picti.

II. *Univoca* causa producit effectum ejusdem speciei secum, ut *Calor Calorem*: *Æquivoca* producit plures effectus, et aliquos diversæ à se speciei. P. ut *lumen aliud lumen, & calorem*: et sic causa *æquivoca* principalis præstantior erit suo effectu, utpote quem partim formaliter continet, partim eminenter; jam vero supra diximus, id quod aliud eminenter continet, esse præstantius.

APPLICATIO. I. *Universale ad quinque suas species est Genus* univocum *magis, quam* analogum.

II. D. DEUS *noster, nunquam est causa* univoca, *sed semper* æquivoca, *nam suo effectu semper est præstantior.*

A. *Tanner. t. 1. disp. 4. quæst. 1. dub. 5. num. 10. Fons. 1. Instit. c. 19. &c. pulchrè Smigl. d. 6. Log. per. 4. qq. sequent.* B. *Suarez. dis. 17. sect. 3. num. 21. potissimum affirmat tradi de causa principali.*

Mend.

Mend. disp. ph. 9. sect. 12. §. 107. æquivoce continere effectum & eminenter pro eodem accipit. Mur. 2. ph. disp. 4. qu. 10. Actionem univocam vocat, qua producitur effectus ejusdem speciei cum causa sua: æquivocam, qua producitur effectus diversæ speciei à causa, sic calefactio procedens à lumine, est actio æquivoca, illuminatio, univoca.

V. II.

70. UNITATE NUMERICA, FORMALI. PRÆCISIONIS. *Unum* absolute vocatur illud quod est *indivisum in se*, adeoque res illa una, quæ non potest dividi in plures tales, qualis ipsa est: cum vero rei alicujus natura vario modo considerari possit, binc variæ unitates, & divisionum negationes exsurgunt, hæ variæ considerationes & habitudines naturæ vocantur *status naturæ*, & triplex potissimum assignatur B. I. vocatur *existentiæ realis*, quem habet natura à parte rei in singularibus existens, & vocatur etiam *status contractionis*; quasi per illum natura, seu essentialis rei conceptus, ad individua & singularia contraheretur; & hinc exsurgit *unitas numerica*, quæ rebus nimirum convenit, ut à parte rei existunt. C.

II. *Status naturæ* dicitur *Absolutus*, seu status *essentiæ*, ubi considerator natura rei absolute, secundum illa, quæ in suo essentiali conceptu involvit, & quæ ab essentia necessario emanant, & toti naturæ, & omnibus ejus singularibus conveniunt, ut si considerem absolutè hominis naturam esse, quod sit substantia corporea, rationalis, risibilis, &c.

Et hinc emergit *Unitas formalis*, D. quam habent illa, quæ eandem essentiam participant. & dicuntur unum *Formaliter*, hoc est, quoad essentialem conceptū non divisa aut distincta, sic Petrus & Paulus

sunt unum *Formaliter* in ratione hominis: nam essentialem conceptum hominis æqualiter participant, sic homo & equus sunt unum *formaliter* in ratione animalis, nam essentialem animalis conceptum æqualiter etiam participant.

III. Status dicitur *existentiæ objectivæ* seu *præcisionis*, quando nimirum res ita consideratur, ut ejus conceptus formetur, non ut de facto se habet in singularibus, sed quasi extra illa existeret, & hinc exsurgit *unitas præcisionis*, seu *abstractionis*, E. quam res sortitur, quando dicto modo, tanquam extra singularia extracta, consideratur.

Transcendentalis unitas de omnibus quocunque modo se habentibus affirmari potest, de quibus dici potest, quod sit ens, sive jam sit ens per se, sive reale, sive existens, sive non, &c. F.

APPLICATIO I. *Logicus considerat objectum suum, potius in* statu absoluto, *quam realis existentiæ.*

II. *Non sequitur. Petrus & Paulus sunt unum* formaliter, *ergo si Petrus est doctus, etiam Paulus erit doctus, &c. nam sic, supposita reali seu numerica unitate, differunt.*

A. Suar. *disp. met. 4. sect. 3. n. 7. ex Arist. 10. met. & S. Thom. 1. part. quæst. 11. art. 1.* B. *Mur. in Log. de univ. disp. 1. q. 2. ex S. Thom. Cajet. &c.* C. *vide Suar. l. cit. sect. 9. n. 12.* D. *Murc. loc. cit. Sua. disp. 6. sect. 1. n. 8.* E. *idem l. cit. sect. 3. Murc. l. cit. & recentiores passim, qui varias alias unitates explicant. Vide etiam Castanæum voce* unitas, *ubi bene adjecit discrimen unitatis formalis, ab unitate præcisionis, quod hæc requiret nihilominus, ut natura per præcisionem facta una apta sit in esse pluribus, formalis unitas ab hac communicabilitate abstrahit. Item Forrerum in Virid.*

rid. dis. de relat. n. 18. F. Suar. l. cit. ex comm. est enim passio entis, nec ab ente realiter differt.

V. III.

71. UT SIC. ABSOLUTE. *Ut sic* res spectari dicitur, I. quando sumitur sub certa consideratione, secundum certas circumstantias, & illud, quod paulo ante dictum est, hæc voce quasi repetitur. A. ut cum dico, *Homo multis miseriis est subjectus*, & *ut sic* inferior est multis bestiis.

II. Sæpe indicat sensum reduplicativum, *Homo ut sic*, seu quatenus homo, *est rationalis* &c. B.

APPLICATIO. I. *Syllogismus consideratur potest, etiam secundum solam formam, &* ut sic *spectatur in libris Priorum.*

II. *Materia prima* Ut sic *ignobilior est, quam ulla absoluta substantia.*

A. *Communis indicata etiam apud Tanner. tom. 1. d. 4. quæst. 1. dubit. 1. num.* 8. B. *Vide qua supra dicta sunt littera.* R. *num.* 3.

FINIS.

INDEX

INDEX PRIOR

DISTINCTIONUM.

A

Absoluta potentia: Ordinaria. 301
Absolutè: Comparatè. 260
Absolutè: Dependenter 242
Absolutè: ex Hypothesi. 243 & 244
Absolutè: Hic & nunc. 282
Absolutè: Respectivè 242 &c.
Absolutè: Simpliciter. 316
Absolutè: Ut sic. 323
Abstractè: Concretè. 245
Accidentaliter: Essentialiter. 266
Actu: potentia. 247
Actu primo: Secundo 249
Actu exercito: Signato. 250
Actualiter: Habitualiter. 282
Adæquatè. 252. &c.
Adhæsivè: Informativè. 254
Æquivocè: Analogicè: Univoce 317
Antecedentis necessitate: Consequentis. 294
Artificiosè: Naturaliter. 292

B

Bonitas naturalis. 256 & 256

C.

C.

Categorematicè. Syncategorematicè 257
Cauſaliter. Formaliter. 276
Cæteris paribus. 259
Collectivè. Diſtributivè. 260
Comparatè. Abſolutè. 260
Completè. Incompletè. 261
Complexe. Incomplexe. ibid.
Compoſitus ſenſus. Diviſus. 263
Concomitanter. Formaliter. 280
Confuſe. Determinatè: Diſtinctè. 262
Conſequentis neceſſitate. Antecedentis. 294

D

Demonſtrativè. Dialecticè. 264
Dependenter. Abſolutè. 243
Determinatè. Diſtinctè. Confuſe. 264
Directè. Indirectè. 265
Diſpoſitivè. Formaliter. 279
Diſtinctè. Determinatè. 264
Diſtributivè: Collectivè. 260
Diverſitate Phyſica: Logica. 367
Diverſo reſpectu. Eodem. 267
Diviſus ſenſus. Compoſitus. 263

E

Eminenter. Formaliter. 278
Entitativè. Formaliter. 267
Eodem reſpectu. Diverſo. 262
Eſſentialiter. Accidentaliter. 269

Essentialiter. Participativè. 265
Executionis ordine: Intentionis. 289
Exercito actu: Signato. 248
Extensivè. Intensivè. 266
Extraordinaria. Ordinaria potentia. 224

F.

Formali: Numerica unitate. 314
Formaliter. Causaliter. 271
Formaliter. Concomitanter. 274
Formaliter. Dispositivè. *ibid.*
Formaliter. Eminenter. 273
Formaliter. Radicaliter. 274
Formaliter. Identicè. 269
Formaliter. Materialiter. 267
Formaliter. Objectivè. 270
Formaliter. Transcendentaliter. 275
Formaliter. Virtualiter. 272
Fundamentaliter. Entitativè. 274

G.

Genericè. Specifice. 275

H.

Habitualiter. Actualiter.
Hic, & nunc. Absolutè. *ibid.*
Ex Hypothesi. Absolutè. 241

I.

Identicè. Formaliter. 259
Identitate Physica: Logica. 277
Immediatè. Mediate. 283
Inadæquatè. Adæquatè. 249
Incompletè. Completè. 237
Incomplexè. Complexè. 258
Informativè. Inhæsivè. 251

In-

Instrumentaliter. Principaliter. 304
Integraliter. Essentialiter. 269
Intensivè. Extensivè. 271
Intentionaliter primò: Secundò. 284
Intentionis ordo: Executionis. 295
Intransitivè: Transitivè. 318
Intrinsecè: Extrinsecè. 285

L.

Liberè. Naturaliter. 292
Logica. Physica diversitate. 267
Logica. Physica identitate. 283
Logice. Physicè. 288

M.

Materialiter. Formaliter. 272
Mediatè. Immediatè. 289
Modaliter. Absolutè. 242
Moralis. Naturalis bonitas. 255. & 256
Moraliter. Physicè. 290

N.

Naturæ. Temporis prioritas. 304
Naturalis. Moralis bonitas. 255. & 256
Naturaliter. Artificiosè. 291
Naturaliter. Liberè. 292
Naturaliter. Præternaturaliter. 293
Naturaliter. Supernaturaliter. 292
Naturaliter. Violenter. 293
Necessitate Consequentis, & Consequentiæ. 294
Negativè. Positivè. 298
Numerica Unitate: Præcisionis. 311

O.

Objectivè. Formaliter. 280
Ordinaria potentia: Absoluta. 301
Ordine intentionis: Executionis. 295

P.

Participativè: Essentialiter. 270
Per se: Per accidens. 296
Personaliter: Simpliciter. 318
Physica: Logica diversitate. 267
Physica: Logica identitate. 283
Physicè: Moraliter. 290
Positivè: Negativè. 298
Potentia: Actu. 247
Potentia Absoluta: Ordinaria. 301
Præcisionis Unitate: Numerica. 321
Prædicabiliter: Prædicamentaliter. 302
Præternaturaliter: Naturaliter. 293
Primario: secundario. 303
Primo intentionaliter. Secundo. 284
Principaliter: Instrumentaliter. 304
Prioritate Naturæ: Temporis. ibid.
Proximè: Radicaliter. 308

Q.

Ut Quo: ut Quod. 306
Quoad nos. Secundum se. 316

R.

Radicaliter: Formaliter. 248
Realiter: Ratione. 309
Respectivè: Absolutè. 242
Reduplicativè: Specificativè. 315
Reflexè: Directè. 265
Relatè bonum: Absolutè. 256

S.

Secundario: Primariò. 303
Secundum quid: Simpliciter. 316
Secundum se: Quoad nos. 316
Sensus divisus: Compositus. 263
Signato actu: Exercito. 250
Simpliciter, secundum quid. 316
Simpliciter: Personaliter. 318
Specificativè. Reduplicativè. 315
Specificè: Genericè. 281
Subjectivè: Terminativè. 317
Supernaturaliter: Naturaliter. 292
Syncategorematicè. Categorematicè. 257

T.

Temporis prioritate: Naturæ. 304
Terminativè: Subjectivè. 310
Transcendentaliter: Formaliter. 280
Transitivè: Intransitivè. 318

V.

Violenter: Naturaliter. 293
Virtualiter: Formaliter. 277
Unitate numerica: Formali. 321
Univocè: Æquivocè. 319
Ut fic: Absolutè. 323

INDEX POSTERIOR.

RERUM.

A.

Absoluta rei acceptio triplex. 241
Primæ acceptionis indicium. ibid.
Absoluta entitas duplex. 242
Abstrahere quid sit. 245
Abstractio realis, intentionalis. ibid.
Logica, formalis seu præcisiva. 246
Physica, metaphysica, &c. ibid.
Abstractum potest esse concretum. ibid.
Accidens quid. 302
Accidens prædicamentale, prædicabile. ibid.
Accidens producit substantiam. 304
Accidentaliter inest dupliciter. 285
Actus triplex significatum. 249
Actu primo operari. 250
Actus exercitii, signati, duplex acceptio. 251
Actus reflexus.. ibid
Adæquata distinctio. 252
Adæquata rei acceptio. ibid.
Adhærere quid sit. 254
Æquivocorum indicium. 320
Agens quodnam perfectius. 259
Agere formaliter, effective. 276
Analogorum nota. 319
Angeli quomodo destructibiles. 287
Anima cui corpore bona. 257
Artificiosè quid fiat. 293

B.

Boni definitio. 253
Ejus duplex divisio. 256

C.

C

Categorema unde derivetur. 257
Categorema Logicum. 255
Causæ creatæ aliquid vere agunt. 289
Causa mediata, immediata. ibid. & 288
Causa formalis, virtualis. 277
Causa adæquata. 254
Causa principalis, instrumentalis. 304.
Quomodo ejus virtus ab ipsa differat. 312
Causa æquivoca. 313
Causa libera. 292
Causæ influxus perfectior. 259
Certitudo moralis, physica. 290
Cæteris paribus duobus modis dicitur. 259
Cognitio reflexa triplex. 265
Cognitio præmissarum simul sertur in Conclusionem. 281
Comparatè quot modis dicatur. 242
Compositum per se. 297
Compositum physicum quomodo sit natura. 247
Compositum quomodo differat à suis partibus. 253
Quomodo requirat materiam & formam. 263
Ejus tota essentia. 267
Quid in illo prius intendatur. 295
Conceptus primarius, secundarius. 303
Conceptus adæquatus. 253
Conclusionis necessitas in sensu composito. 264
Concomitanter explicatur dupliciter. 280
Contingenter quid insit. 269
Contingentia Logica, Physica. 288
Corpus naturale objectum Physica. 262

Sub qua abstractione. 247
Quomodo agat, patiatur. 252
Non datur semper scientia de illo. 282

D

Definitionis physicæ, à metaphysica discrimen. 270
Demonstrationis necessitas. 253
Denominatio. 255. 276, 286
Descensus Logicus. 289
Deus est causa æquivoca. 313
Dialecticè quis procedat. 264
Differentia inferior includit superiorem. 280
Differentiæ à specie distinctio. 311
Distinctio adæquata, inadæquata. 253
Distinctio formalis, virtualis. 277
Positiva, negativa. 298
Realis, rationis. 209
Diversitas Logica duplex. 267
Physica triplex. 268, &c. seqq.
Diversitas essentialis, accidentalis. 269
Generica, specifica. 281
Diversum esse & differre discrepant. 268
Diversus respectus. 267

E

Effectus continetur in causa dupliciter 277
Quomodo in Sole. 279
Non omnis suppleri potest à causa prima. 302
Effectus primarius, secundarius. 303
Elevatio causæ instrumentalis. 304
Eminenter continere. 278
Ens in actu quidnam sit. 258
Quomodo se habeat. ibid.
Ens per se. 296
Ens participativum. 270
Ens completum, incompletum. 261

Ens in potentia. 247
Ens respectivum. 243
Entitativus actus. 248
Essentiæ definitio. 269
Essentialiter differre. 270
Excessus positivus, negativus. 298
Existere per se. 297
Existentia formalis, objectiva. 275
Existentia positiva, negativa. 298
Extensio datur duobus modis. 271
Extensum per se, per accidens. 296

F

Finis primarius, secundarius. 303
Quomodo causet. 285
Formæ variæ acceptiones. 272
Forma Metaphysica, Logica. ibid.
Formæ substantialis subjectum. 255
Una altera major. 271
Quid producant. 309
Formaliter variè explicatur. 272

G

Generationis prioritas. 295
Genus & species quomodo idem, vel non. 281

H

Habitus facit discurrere. 309
Habitualiter spectatur dupliciter. 282
Hic & nunc. ibid.

I

Identicus sensus. 274
Identitas Logica, Physica. 283
Opponitur distinctioni. ibid.
Immediata habitudo. 289
Inadæquata rei acceptio. 252
Indifferens & Indifferentia. 310

Indivisibilia globo non probantur. 265
Inexistentia formalis, obiectiva. 275
Item virtualis. 277
Infinitum Categorematicum, Syncategorematicum. 257
Informationis subiectum. 255
Inhæsionis subiectum. ibid.
Intensio dicitur dupliciter. 271
Intentio, executio. 295
Intransitiva distinctio. 311
Intrinsece, explicatur octo modis. 285

L.

Logica qualis entitas. 243
Eius necessitas. 245
Quomodo versetur circa intellectum. 248
Naturalis quomodo discurrat. 253
In quo sit subiecto. 256
Quomodo bona. 257
Utentis à docente discrimen. 267
Eius obiectum. 287.296.303
Spectat ad illam agere de Universalibus. 297
Eius præstantia. 299
Qualis habitus. 303
Est scientia. 310
Logicè detrui, quid. 288
Logicus dormiens potest discurrere. 250
Principalius spectat Categoremata. 258
Juvatur ab ente rationis. 259
Potest hac hora facere mille demonstrationes. 261
Est ipsi necessaria syllogismi cognitio. 263
Considerat Intentiones diversimodè. 266
Sua melius comprehendit quàm Rhetor. 270
Qui non est bonus Logicus, nec futurus bonus Philosophus.. 291. 301
Necessario est sciens. 308

Discurrere est ipsi connaturale. 309
Quomodo obiectum suum consideret. 315

M.

Malum inferre positivè, negativè. 300 & seq.
Materialiter res spectata. 281
Materia prima quale ens. 249
Eadem comparata ad formam. ibid. 251
Eadem comparata ad locum. 250
Eiusdem potentia. 261
Non est accidens. 262
Eius capacitas ad formas. 264
Tollitur negatis omnibus formis. 289
Est unita formæ per accidens. 302
Non generatur. 317
Eius ignobilitas. 313
Modi definitio, & natura. 309
Modalis distinctionis indicia. 311
Moraliter quid fiat. 290

N.

Naturæ prioritas duplex. 305
Eius status triplex. 315
Naturaliter variè explicatur. 229
Necessitas absoluta, ex hypothesi. 243
Item secundum quid. 244
Complexa, incomplexa. 260
Logica, Physica. 288
Consequentis & consequentiæ. 294
Nihil duobus modis accipitur. 248
Notum per se, quoad se, & nos. 296

O.

Obiectum adæquatum, inadæquatum. 253
Complexum, incomplexum. 261
Directum, indirectum. 265. & 266
Primarium. Secundarium. 303

Ut quo, ut quod. 306
Pars physica cur non prædicetur de toto. 284
Partes integrales sunt de essentia. 261
Perfectiones positivæ, negativæ. 299
Per se undecim modis explicatum. 296. & 297
Physicæ utilitas. 242
Ejus necessitas. 244
Quid consideret. 269
Physicus agit de causa prima. 297
Prædicatio directa, indirecta. 265. & 266
Præternaturaliter quid sit. 293
Prima intentio formalis, objectiva. 284
Prioritas naturæ strictè exigit duo. 305
Quomodo explicanda. ibid.
Principia entis naturalis. 287
Privatio est principium Transmutationis. 299
Proximè tribus modis sumitur. 309

Q

Quantitatis divisio. 258
Quoad nos notum. 309

R

Radicaliter tripliciter sumptum. 308
Rationis prioritas. 306
Rationis distinctio duplex. 316
Ejus indicia. ibid.
Ratio formalis quæ & propter quam. 307
Realis distinctio duplex. 309
Ejus indicia. 311
Reduplicativi sensus explicatio.
Res in actu exercito. 252
Resistentia formalis efficiens. 277

S

Secunda intentio formalis objectiva. 285
Secundum se quatuor modis dicitur. 317
Sensus accomodus. 317
Sensus compositi & divisi triplex explicatio. 253
Simplicitas opponitur compositioni. 284
Simpliciter quatuor modis dicitur. 285
Species importat secundam intentionem. 279
Subjectum adhæsionis, inhæsionis, Inform. Denominat. 253. 254
Substantia potest esse accidens. 303
Supernaturaliter aliquid est tribus modis. 295
Status naturæ triplex. 322
Suppositionis definitio. 259
Collectiva, copulativa, conjuncta. 259. & 260
Item Distributiva, & Copulativa. ibid.
Item confusa, determinata, distincta 262
Formalis, materialis. 272
Simplex, Personalis, absoluta. 319
Syllogismi essentia. 262
Ejus evidentia in Barbara. 293
Ejus conclusio quomodo Prior. 296

T

Tale ut Quod, ut quo. 306
Terminus ut Quo, ut Quod. 307
Transitiva distinctio. 318

V

Verum simpliciter. 317
Violentum quid. 300
Unio quale ens. 243

Opponitur naturali. 293
Ejus subjectum. 255
Ejus identificatio cum extremis. 243
Est effectus materiæ. 303
Unitas opponitur divisioni. 283
Unitas formalis præcisionis. 320
Universalis abstractio. 245
Quomodo sit ens reale. 267
Ejus definitio. 289
Est genus ad reliqua universalia. 133
Univocorum indicium. 319
Vox complexa, incomplexa. 222
Ut sic sumitur dupliciter. 323

FINIS.